¶ De qualitate huius carminis vide ad hymnū ſequentem ¶ Rutilus. i. rubens et ardens. Inde rutilare. i. ardere vel ſplendere vt ignis Virgilius Per ſudum rutilare vident ¶ Ingruo. i. incido vel inſto Virgilius. Ingruit eneas armis ¶ Innumerus. i. innumerabilis. Et ponitur hic numerus ſingularis pro plurali. cum dicitur innumero ſidere. pro innumeris ſideribus ¶ Regia eſt domus vel palacium regis ¶ Lampas eſt idem quod ſplendor aut fax ¶ Saxigenus a um. i. de ſaxo genitus. ita taurigenus. caprigenus. alienigenus inueniuntur ¶ Solidus id eſt integer et firmus Inde ſolidare. i. facere ſolidum ¶ Petra grece ſaxū latine dicitur ¶ Lychnus grece proprie eſt lucerna Virgilius Pendent lychni laquearibus aureis. Sed vſurpatur pro illo quod ardet in lampade. quod proprie dicitur ellychnium. ¶ Fauus eſt mel nō expreſſum ¶ Fingere eſt formare. ¶ Scirpus eſt iuncus Inde adiectiuū ſcirpeus id eſt de ſcirpo factus ¶ Collitus media curta id eſt linitus. et fit a lino ¶ Teſtula. i. parua teſta. et ſignificat lampadem. Hinc linteolum. i. paruū lintheū teuthonice lenent. ¶ Stuppa eſt groſſitia lini. ſpijt of heed. ſcilicet quod eſt intra candelam ¶ Emulus dicitur imitator. quandoqʒ etiam inuidus. Nox fingitur peplū circūdare celo. ſed peplum lacerū per cuius foramina ſtelle videntur ¶ Maieſtas eſt magnitudo. et venit a maior ¶ Continuare eſt facere continuum ¶ Numen eſt deitas vel deus ipſe

¶ In aſcenſione domini ¶ Metrū diacolon tetraſtrophon quod prima parte eſt coriambicū aſclepiadeū

ſicut p̄cedens. Pro alio membro eſt gliconium.

F Eſtū nūc celebre magnaq; gaudia. cōpellunt aīos carmīa ꝓmere. cū chriſtus ſoliū ſcandit ad arduū. coelorꝝ pius arbiter. Cōſcendit iubilās letus ad ethera. ſanctorꝝ ppl̄s p̄dicat inclitū. ꝯcinit pariter āgelicus chorus. victoris boni gl'am. Qui ſcandēs ſuperos vincula vinxerat. donās terrigenis munera plurima. diſtrictis rediet arbiter oīm qui mitis mō trāſijt Oramus dn̄e cōditor inclite. deuotos famulos reſpice protegens. ne nos liuor edax demonis obruat. demergat vel in inferos. Vt cū flāmiuoma nube reuerteris. occulta hoīm pandere iudicans. ne des ſupplicia horrida noxijs ſed iuſtis bona premia Preſta hoc genitor optime maxime. hoc tu nate dei et bone ſpūs regnās ppetuo fulgida trinitas. p cuncta pie ſecula

¶ Coriambus dicitur pes metricus cōſtans quattuor ſyllabis. quarꝫ prima et vltima ſunt longe. ⁊ due medie ſunt breues. vt in hoc nomine omnipotēs. Igitur hoc carmē habet quattuor pedes. quorꝫ primus eſt ſpondeus. ſecundus ⁊ tercius ſunt coriambi. quartus eſt iambus. vel pyrrichius. qui conſtat duabꝫ ſyllabis breuibꝫ. Itē quartus quiſq; verſiculus dr̄ gliconius ab auctore. habet tantū vnū coriambū. in alijs priori ſimilis ¶ Arbiter eſt iudex a partibus electus ¶ Superi dicūtur celeſtes qui ſunt ſupra. Dicitur etiam ſuperus a um. i. ſupernus Virgilius. ſuperi regnator olymphi. Item ſuperū mare ¶ Diſtrictus id eſt ſeuerus durus ⁊ vehemens. quaſi ſolitus diſtringere. i. premere ⁊ ligare malos. ¶ Deuotus. id eſt deditus vel qui ſe deuouit. id eſt promiſit aut deo aut alteri ¶ Liuor edax id eſt inuidia cōſumens. Lucanus Liuor edax tibi cuncta negat. Edax fit ab edo es eſt. vt edax vir. id eſt multū comedens ¶ Flammiuomus quaſi vomens flammā. vt igniuomus id ē vomens ignem.

¶ Metrū ſicut inuētor ruti. ¶ De ſcō martino epō

F Ratres vnanimes federe nexili. mecū pticipes lumīs anni. q ſol hodie fulminat orbita martini reuehēs feſta celebria. Cantem⁹ pariter carmē āmabile. martini meritis oppido nobili. clerus cū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

populo cõſonet organo grandi. nã volupe eſt pſal
lere gaudio. Martinus qui vota fidelium. atten
dit tribuens cuncta ſalubria. cõfert hic famulis ri
te canentibꝰ. ſtellis aureolã ſerta micantibꝰ. Cun
ctis candelabrũ luminis extitit. a multis tenebras
mortis et expulit. virtutũ ſtatuit creſcere germĩa.
in quorum fuerant pectore crimina His nos ſubſi
dijs vndiqꝫ prediti. pangamus ꝓprio cantica pſu
li. laudemus parili voce quod approbat. dãnemꝰ
vigili mente quod improbat. Martinũ precibus
gẽs modo gallica. dignus ſollicitet noſtraqꝫ patria
martinus faciat tempora proſpera. mundi chriſte
ſalus o tibi gloria

¶ Omnia nomina in ilis que formantur ab vltimo ſupino ſignificant paſſiue. vt nexilis. i. nexus. ſutilis. i. ſutus. tortilis. i. tortus. fictilis id eſt fictus. ſculptilis id eſt ſculptus ⁊c̃. ¶ Oppido eſt hic aduerbiũ ſignificans valde. et ſepe legitur nõ ſolum apud poetas ſed etiam in ſacris litteris Quod autem vulgus ait oppido aduerbiũ producere. id eſt falſum eſt Si autem velis oppido nomen cẽ. verſus non valet ¶ Clerus eſt congregatio clericorum ¶ Volupe ſignificat iucũdum. Plautus Quia vos tranquillos video. gaudeo ⁊ volupe eſt mihi. Idẽ Facito veſtro animo volupe ¶ Aureolus eſt diminutiuũ ab aureus. ⁊ eſt adiectiuũ ſicut aureus. et idem ſignificat. Quãdoqꝫ tamen ſubſtantiuatur in feminino genere ¶ Sertum eſt corona p̃cipue de floribus conſerta. i. compoſita.
¶ Subſidiũ eſt auxilium poſtea miſſum. nam quod ante neceſſitatem datur preſidium dicitur ¶ Approbo ⁊ comprobo ſignificant laudo. Improbo ⁊ reprobo ſignificant vitupero. Inde improbus ⁊ reprobus. i. malus et vituperabilis
¶ Sollicitare eſt facere ſollicitum vel commouere

¶ Metrum dactilicum alcmaniuꝫ tetrametrũ hypercatalecticum

¶ De aſſumptione beate marie

O Quam glorifica luce coruſcas. ſtirpis dauidi
ce regia proles. ſublimis reſidens virgo ma
ria. ſupra coeligenas etheris omnes. Tu cum vir
gineo mater honore angelorꝫ domino pectoris au
lã. ſacris viſceribus caſta paraſti. natus hinc deus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

eſt corpore chriſtus. Que ʒ cunctis venerans orbis adorat. cui nunc rite genu flectitur omne. a q̄ nos petimus te veniente. abiectis tenebras gaudia lucis. Hoc largire pater luminis autor. natuʒ p̄ proprium flamine ſacro. qui tecuʒ nitida viuit in ethera. regnans ac moderans ſecula cuncta

¶ Hoc carmen dicitur alcmaniū. quia alcman poeta inuenit. Dicitur hypercatalecticū. i. ſupabundans. q2 poſt duos pedes abijcitur in ſcandendo ſyllaba ſic. O q̄ꝫ glorifi. luce coruſcas ¶ Coruſcus. i. ſplendidus Inde coruſcare id eſt ſplendere. ¶ Sublimis. i. altus. Inde ſublimitas id eſt altitudo. Item ſublimare. i. exaltare ¶ Anglorum legitur hic p̄ ſyncopen pro angeloꝝ cauſa metri. ſicut vincla pro vincula. ſecli pro ſeculi ¶ Rite id eſt recte vel bene vl' ſm ritum. nam ritus eſt idem quod mos ¶ Aethra eſt ſplendor aetheris Virgilius. Nec lucidus ethra ſidera polus. Aether eſt ſummuʒ elementum quod etiam ignis vocatur. ⁊ pro celo ponitur

¶ Metrū elegiacū ¶ In die palmarum

Gloria laus et honor tibi ſit rex chriſte redemptor Cui puerile decus prompſit oſanna piū Iſrahel es tu rex dauidis ⁊ inclita proles. Nomine qui in domini rex benedicte venis. Cetus in excelſis te laudat celitus omnis. Et mortalis homo. et cuncta creata ſimul. Plebs hebrea tibi cū palmis obuia venit. Cum prece voto hymnis aſſumus ecce tibi. Hi tibi paſſuro ſoluebant munia laudis. Nos tibi regnāti pāgimus ecce melos Hi placuere tibi placet deuotio noſtra Rex pie. rex clemens cui bona cuncta placent. Fecerat hebreos hos gl'a ſanguis alti. Nos facit hebreos trāſit⁹ ecce pius.

¶ Oſanna licet hic ⁊ alibi quandoqꝫ ponatur pro nomine. tamen prope eſt oratio hebraica ſonans. o domine ſaluum me fac ¶ Iſrahel eſt nomen patriarche iudeorum qui et iacob dictus eſt. Sed vtrumqꝫ nomen ſepe ponitur pro populo iudaico. id eſt pro filijs aut poſteris iſrahel ¶ Hebrei vocantur iudei vel ab heber quodam vetuſto viro. vel quia tranſierunt rubrum mare. Nam hebreus interp̄tatur tranſiens. ¶ Palma eſt quedam ſpecies arboris. ponitur pro victoria. ⁊ pro manu ¶ Munia plurali numero tantū ſunt officia

¶ Iu del inquit dicti ſunt hebrei a ſua parentela. Nos etiam ſumus hebrei cum tranſiuimus de vitijs ad virtutes. vel de virtute ad virtutem.

¶ Lactantij firmiani metrum Elegiacum

¶ In die paſche

Salue feſta dies toto venerabilis euo. Qua
deus infernũ vicit ⁊ aſtra tenet. Tẽpora flori
gero rutilãt diſtincta ſereno. Et maiore poli lumi
ne porta patet. Altius igniuomũ ſolem coeli orbi
ta ducit. Qui vagus oceanas exit ⁊ intrat aquas.
Armatus radijs elemẽta liquentia luſtrans. Hac
in nocte breui tendit in orbe diẽ. Splẽdida ſincero
producunt ethera vultu. Leticiãq; ſuã ſidera clara
probant Terra ferax vario fundit munuſcula cultu
Cum bene vernarit reddit ⁊ annus opes. Mollia
purpureũ pingunt violaria campũ Prata virent
herbis et micat herba comis. Paulatim ſubeunt
ſtellantia lumina floꝝ. Floribus arridẽt gramina
cũcta ſuis Semine depoſito late ſeges exilit aruis
Spondens agricole vincera poſſe famẽ. Caudice
defecto lachrymat ſua gaudia palmes. Unde merũ
tribuat dat modo vitis aquã. Cortice de matris te
nera lanugine ſurgens. Preparat ad partũ turgi
da gemma ſinũ. Subq; hyems tẽpus folioꝝ cri
ne refuſo. Iam reparat viridens frondea tecta ne
mus. Mirta ſalix abies corilus ſiler vlmꝰ acer nux
Plaudit queq; ſuis arbor amoena comis. Cõſtru
ctura fauos apis aluearia linquẽs. Floribꝰ inſtre
pitans poplite mella rapit. Ad cantus reuocatur
auis. que carmine clauſo. Pigrior hyberno frigo
re muta fuit Hinc philomena ſuis attẽperat orga

na cãnis. Fitqꝫ repcuſſo dulcioꝛ aura melo Ecce re naſcentis teſtat̕ gratia mundi Omnia cũ dño dona rediſſe ſuo. Namqꝫ triũphanti poſt triſtia tartara chꝛiſto. Undiqꝫ fronde nemus gramina flore fa uent. Legibus inferni oppꝛeſſ:s. ſuper aſtra meã tem. Laudant rite deum lux polus arua fretum. Qui crucifixus erat deus ecce per omnia regnat. Dantqꝫ creatoꝛi cuncta creata pꝛecem. Nobilitas anni menſium lux alma dierum. Horarum ſplen doꝛ. ſtridula cuncta fauent. Hinc tibi ſilua comis plaudit quoqꝫ campus ariſtis. Hinc grates tacito palmite vitis agit. Hinc tibi nunc auium reſonãt virgulta ſuſurro. Has inter nimio paſſer amoꝛe canit. Chꝛiſte ſalus rerum bone conditoꝛ atqꝫ redẽ ptoꝛ. Unica pꝛogenies ex deitate patris. Irrecita biliter manans de coꝛde parentis. Verbum ſubſi ſtens et patris oꝛe potens. Aequalis concoꝛs ſoci us cum patre coeuus. Quo ſumpſit mũdus pꝛin cipe pꝛincipium Aethera ſuſpendis. ſola congeris equoꝛa fundis Queqꝫ locis habitant que modera ta vigent. Qui genus humanum cernens merſiſ ſe pꝛofundo. Utqꝫ hominem eriperes es quoqꝫ fa ctus homo. Nec noſtro tantum voluiſti e coꝛpoꝛe naſci. Sed caro que naſci pertulit atqꝫ moꝛi. Fune ris exequias pateris nouus autoꝛ et oꝛbis. Intra moꝛtis iter claude ſalutis opem. Triſtia ceſſarunt inferne vincula legis. Expauitqꝫ chaos luminis oꝛe pꝛemi. Depereũt tenebꝛe chꝛiſti fulgoꝛe fuga te. Aeterne noctis pallia craſſa cadunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

Pollicitam ſed redde fidem precor alma poteſtas.
Tercia lux redijt ſurge ſepulte deus Non decet vt
vili tumulo tua membra tegantur. Non precium
mundi vilia ſaxa premant Indignū eſt cuius clau
duntur cuncta pugillo. Vt tegat incluſuꝫ rupe ve
tante lapis. Lintea tolle p̄cor ſudaria linque ſepul
chro. Tu ſatis es nobis et ſine te nihil eſt Solue ca
tenatas inferni carceris vmbras Et reuoca ſurſuꝫ
quicquid ad ima ruit. Redde tuam faciē. videāt vt
ſecula lumē. Redde diem qui nos te moriēte fugit
Sed plane impleſti remeans pie victor olimphi.
Tartara preſſa iacent nec ſua iura tenēt. Inferus
inſaturabiliter caua guttura pandens. Qui cun
ctos raperet fit tua preda deus. Eripis in numerꝫ
populū de carcere mortis. Et ſequit̄ liber quo ſuꝰ
autor abis Euomit abſorptam pauide fera belua
plebem. Et de fauce lupi ſubtrahit agnus oues
Hinc tumulū repetens poſt tartara carne reſum
pta. Belliger ad celos āpla trochea refers. Quos
habuit penale chaos iaꝫ reddidit iſte. Et q̄s mors
peteret hos noua vita tenet Rex ſacer ecce tui radi
at ps magna trophei. Cuꝫ puras aīas ſacra laua
cra beant. Candidus egredit̄ nitidis exercitus vn
dis. Atqꝫ vetꝰ vitiū purgat in amne nouo. Fulgē
tes aīas veſtis q̄ꝫ cādida ſignat Et grege de niueo
gaudia paſtor hꝫ Addit̄ hac foelix ꝯcors mercede ſa
cerdos Qui dare vult dn̄o dupla talēta ſuo Ad me
liora trahēs gētili errore vagātes. Beſtia ne rapi
at munit ouile dei. Quos prius eua nocēs infece
rat hos mō reddit. Eccleſie paſtos vbere lacte ſinu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

¶ Feſtus a um. id eſt celebris. vt feſtus dies. Profeſtus autem dicitur quaſi
procul a feſto. id eſt non feſtus. Feſtiuus vero pertinens ad diem feſtum. vt fe
ſtiua veſtis. ¶ Serenum ponitur hic ſubſtantiue pro ſerenitate ¶ Oceanus
dicitur mare magnum quod orbem terrarum circuit. hic ponitur adiectiue
Elementa liquentia. id eſt liquida ſunt aer ⁊ aqua ¶ Ferax id eſt fertilis. qua
ſi ferens fructum. ¶ Ver eſtas autumnus hyems. faciunt de ſe verba exce/
pte actionis. vt vernat. het lentet. eſtiuat het zomert ⁊c̄. Vernare etiam ſigni
ficat florere aut letum eſſe. vt alibi ¶ Violarium eſt locus vbi viole creſcunt.
vt roſarium vbi roſe ¶ Paulatim id eſt ſemper aliquid vel cum tempore.
Stellare eſt vt ſtella ſplendere ¶ Aruum dicitur ager frumento conſitus
¶ Caudex eſt truncus vel ramus. Et dicitur indifferenter caudex ⁊ codex.
ſicut cauda ⁊ coda. palaſtrum ⁊ ploſtrum ⁊c̄. ¶ Lanugo eſt tenera lana
¶ Gemma dicitur prima generatio vitis. que et oculus dicitur. Virgilius.
Turgent in palmite in gēme Folia ſunt crines arborum ¶ Myrtus eſt ar/
bor quedam. teuthonice gaghel. Oportet autem ſliqueſcat hic. quod crebrū
fuit apud veteres. Nam myrta non legitur. poſſumus tamen etiam myrrha
legere. que eſt arbor aromatica in oriente ¶ Siler eſt arbuſcula ſimilis ſalici.
vnde Virgilius ait. molle ſiler. ¶ Acer eſt arbor p̄cioſi ligni de quo fiunt mē
ſe p̄ſtantes ¶ Vlmus vt reor barken boem ¶ Fauus eſt illud in q̄ apes mel
faciunt. Aluear e vel aluearium een ymen korff. ¶ Philomela non philome/
na een nachtegael. quaſi amans melos ¶ Gratia hic dicitur ornatus. vt apd
Salomonem Fallax gratia ⁊c̄. ¶ Tartarus eſt profundiſſimus inferorum
locus dictus taratto quod eſt turbo. vel a tartarizin. id eſt ab horrendo
¶ Menſum pro menſium per ſyncopen Ouidi. Et quos ſuſtinui bis men/
ſum quinque labores ¶ Stridulus id eſt ſtridens vel ſonans. ¶ Ariſte ſunt a/
cus in ſpica. teuthonice die anghelen in die aver. Ponitur pro ſpica. ¶ Pal/
mes eſt ramus vitis ¶ Virgultum eſt virga vel multitudo virgar. ¶ Irreci/
tabiliter quaſi non recitabiliter. id eſt indicibiliter. nam recitare eſt alta voce
legere ¶ Coeuus eſt eiuſdem eui vel eque antiquus ¶ Fundere hic ſignificat
dilatare. nam quod funditur dilatatur ¶ Funus nunc mortē ſignificat. nunc
exequias funebres. a greco nomine phonos quod eſt mors. Exequie ſunt ce
lebritates vel ſacrificia que fiunt pro mortuis ¶ Pallia id eſt obſcuritates.
Eterne noctis id eſt inferni. in quo eſt interna nox ¶ Pugillis eſt pugnus. id
eſt clauſa manus. Nam a pugnus fit pugillus. vt a talis taxillus. a tignus ti
gillus ¶ Lintheum dicitur peplum vel pannus lineus Inde lintheolum id
eſt paruum linteum. ¶ Inferus quandoque eſt adiectiuum ſignificans id qđ
depreſſius vel infra ens. vt inferus locus. inferum mare Quandoque eſt ſubſtā
tiuum ſignificans infernum. vt hic ¶ Belua dicitur magna ⁊ crudelis beſtia
Inde beluinus id eſt pertinens ad beluam.. ¶ Radiare eſt radios emittere
vel ſplēdere ¶ Beare id eſt facere felicē. Inde beatus participium et nomen.
¶ Talentum apud romanos erat pondus ſeptuaginta librarū. vt ait Ser
uius Atticum talentum magnum. continet octoginta tres libras. paruū ve/
ro quadraginta ¶ Sinu eſt hic datiui caſus pro ſinui. vt apud virgilium. Vi
cini inuigilant pro victui.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

¶ De ſancto Remigio.

¶ Carmen heroicum

Remigius preſul meritis ortuqꝫ venuſtus.
francorum domino gentem peperit luculē
tam. remedium preſtans magnum precibus mi
ſerorum. Hic membris redolēdo ſacris pius ac ve
nerandus. ſubveniat nunc magnificus noſtris q̄
qꝫ votis. eterne patrie cives fore quo mereamur.
Deo patri ſit gloria ꝛc..

¶ Venuſtus, id eſt pulcher a nomine venus quod quandoqꝫ ſignificat pul/
chritudinem ¶ Luculentus plenus luce. ſicut lutulētus plenus luto. ſomno/
lentus id eſt plenus ſomno ꝛc. Sed lutulentus proprie producit primam ſyl
labam. que hic cauſa metri corripitur

¶ Finiunt hymni in formā optimam carminis redacti et diligeuter emendati.

¶ Sequuntur ſequentie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

¶Anno imperij ceſaris Auguſti quadrageſimo ſecundo toto fere orbe poſt multa bella vel ſubacto vel pacato natus eſt chriſtus Maior enim pars mũdi tota ſcʒ Europa ⁊ Aphrica. magna etiã pars aſie vt Syria Judea Cilicia Pontus Armenia. ſub ditione romana tunc erant Relique vero gentes. et ſi non parebãt romanis ⁊ ceſari. tamẽ eos magnope formidabãt. Scribit enim Suetonius in vita ceſaris. tunc fuiſſe data reſponſa per totum orbem naſci imperatorem inuictum. quod vtiqʒ cum de chriſto dictum fuiſſet. tamẽ de Auguſto pleriqʒ accipiebant Quo circa Scythe Parthi et Medi legatos ad Auguſtum pro pace componenda miſerunt. fuit ergo tanta pax. quãta nullis retro ſeculis fuiſſe legitur. vnde templũ iani. quod in pace clauſum. in bello patebat. poſt ducentos ⁊ eo amplius annos quib' apertũ ſteterat Auguſtus clauſit. ⁊ vniuerſalẽ quoqʒ cenſum. quod nunqʒ antea factum fuerat. edixit. Hec igitur tanta pax ⁊ tam inſueta. magnum aliquid indicabat. chriſti ſcʒ aduentum qui nos deo patri reconciliaret. cuius natiuitatem. nõ ſolũ prophete viri ſanctiſſimi. ſed et ſybille gentiles predixerunt.

¶Item beatus Gregorius bene incepit librum ſuum a natiuitate chriſti. qꝛ primordialis ſalus per chriſti natiuitatem mundo illuxit

¶In nocte natiuitatis domini.

Grates nunc omnes reddamus dño deo qui ſua natiuitate nos liberauit. de diabolica poteſtate. Huic oportet vt canamus cum angelis ſemper gloria in excelſis.

¶Grates pluralis numeri tantũ ſunt gratie Virg. Grates pſoluere dignas Non opis eſt noſtre. Gratis autem aduerbium ſcat ſine cauſa vel ſine pmio Item ingratis aduerbium. i. non ſponte vel contra voluntatem Diabolos grece. calumniator vel accuſator latine.

¶In aurora.

Ecce Pa recolamus laudibus pijs digna. Huius diei carmina in qua nobis lux oritur gratiſſima. Noctis interit nebula pereunt noſtri criminis vmbracula Hodie ſeculo maris ſtella eſt enixa noue ſalutis gaudia Quẽ tremunt baratra mors cruenta pauet ipſa a quo peribit mortua. Gemit capta peſtis antiqua coluber liuidus perdit ſpolia. Homo lapſus ouis abducta reuocatur ad eterna gaudia. Gaudent in hac die agmina angelorum celeſtia. Quia erat drachma decima per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

dita et eſt inuenta. O culpa nimiū beata qua redē
pta eſt natura Deus qui creauit om̄ia naſcitur ex
femina Mirabiliſ natura mirifice induta aſſumēs
qđ nō erat manēs quod erat. Induitur natura di
uinitas humana quis audiuit talia dic rogo facta
Querere venerat paſtor pius quod perierat. In
duit galeam certat vt miles armatura. Proſtrat'
in ſua propria ruit hoſtis ſpicula auferunt tela In
quibus fidebat diuiſa ſunt illius ſpolia capta p̄da
ſua. Chriſti pugna fortiſſima ſalus noſtra eſt vera
Qui nos ſuam ad patriam duxit poſt victoriam.
In qua ſibi laus eſt eterna

¶ Recolere eſt repetere Cicero. Tantum ego mihi ad hec ſtudia recolenda
ſumpſero. Etiam ſignificat meditari vel mente tractare. Idem Que ſi ipſe tecum
recolis. equiori animo morieris. Etiam poteſt accipi pro ſuo ſimplici ¶ Inte
rire eſt perire vel mori. Inde interitus. i. mors ¶ Umbraculum. i. obſcuritas
vel vmbra Nam vmbra eſt aer carens ſole. ¶ Maria interp̄tatur ſtella ma/
ris ¶ Barathrum dicitur locus profundiſſimus. ⁊ ponitur pro inferno ¶ Co
luber eſt ſpecies ſerpentis. quaſi colens vmbras ¶ Liuidus. i. inuidus vel ni
ger vel turpis ¶ Drachma femini generis ⁊ prime declinationis eſt quidam
denarius. ⁊ quoddaʒ pondus ſcʒ ſex obuli off een vierendel loes ¶ Culpa di
citur beata. quia fuit occaſio vt deus fieret homo ¶ Natura fit a verbo naſcor
Eſt enim natura vis naſcendi aut vis ingenita Ponitur etiam pro membro
naturali vel genitali ¶ Spiculum eſt telum acutū. Nam telum eſt omne quo
nos defendimus ¶ Preda dr̄ totum quod hoſtib' ablatum eſt Spoliū vero
eſt quelibet pars prede. Unde preda capitur. ſpolia diuiduntur.

Ad ſummam miſſam

Natus ante ſecula dei filius inuiſibilis inter
minus. Per quē fit machina celi et terre ma
ris ⁊ in his degentiū. Per quē dies et hore labant
et ſe iterū reciprocat. Quē angeli in arce poli voce
cōſona ſemꝑ canūt. Hic corpus aſſumpſerat fragi
le ſine labe originalis criminis de carne marie vir
ginis quo p̄mi parētis culpā eueqꝫ laſciuiā terge
ret. Hoc p̄ns diecula loquit̄ p̄lucida adaucta longi

tudine q̄ ſol verus radio ſui lumīs vetuſtas mū
di depulerit genitus tenebras. Nec nox vacat no
ui ſyderis luce q̄d magoꝝ oculos terruit ſcios. Nec
gregū magiſtris defuit lumē quos ꝑſtrinxit clari
tas militū dei. Gaude dei genitrix quā circūſtant
obſtetricū vice cōcinētes angeli glām deo Chriſte
patris vnice qui humanā noſtri cauſa formā aſſū
pſiſti refoue ſupplices tuos. Et quoꝝ participē te
fore dignatus es ieſu dignāter eoꝝum ſuſcipe pre
ces. Vt ipſos diuinitatis tue ꝑticipes deus facere
digneris vnice dei

¶ Seculum eſt tempus centū annoꝝ vel humane vite. ergo ante ſecula.i. ante tempora ¶ Interminus.i.ſine termino. vt cōterminus.i. iuxta termīos ¶ Machina eſt omnis artificioſa ſtructura. a greco nomine mechane quod ſdem ſcat. a quo mechanicus ¶ Degere.i. agere aut viuere. nam ⁊ per ſe ponitur. ⁊ cum accō vitam vel etatem ¶ Labo.i. cado paulatim Inde labaſco de quo alibi ¶ Reciproco.i. recipio Nam reciprocum dicitur quod illuc redit vnde profectum eſt ¶ Laſciuus.i. petulans ⁊ libidinoſus Inde laſciuia id ē petulantia. ⁊ laſciuire laſciuium eſſe ¶ Diecula eſt nomē diminutiuū a dies. Terentius Non ſatis habes q̄ tibi dieculam addo. ¶ Vacat cum dtō ſcat intendit vel operam dat. Vacat cum abltō ſcat caret. ¶ Scius.i. ſciens vel doctus ¶ Preſtringere eſt impedire. Inde preſtigium eſt illuſio oculorum ¶ Obſtetrix dicitur mulier perita que parenti aſtat ¶ Fore ſcat futurū eſſe. ſed abuſiue ponitur pro eſſe ¶ Dignari eſt dignū habere vt hic. vel dignū facere Virgilius Haud equidem tali me dignor honori

De ſancto ſtephano

Hunc cōcordi famulatu colamus ſolēnitatem.
Auctoris illius exēplo docti benigno. Pro ꝑ
ſecutoꝝ ꝑcantis fraude ſuoꝝ. O ſtephane ſignifer
regis ſummi bone nos exaudi. Proficue q̄ es pro
tuis exauditus inimicis. Paulus tuis ꝑcibus ſte
phane te quondā ꝑſecutus chriſto credit. Et tecū
tripudiat in regno cui nullꝰ ꝑſecutor appropinq̄t
Nos pinde nos ſupplices ad te clamantes ⁊ ꝑcibꝰ
te pulſantes Oro ſciſſima nos tua ſꝑ conciliet deo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

noſtro Te petrus chriſti miniſtrū ſtatuit. tu petro
normā credendi aſtruis ad dexterā ſummi patris
oſtēdendo quē plebs furēs crucifixit Te ſibi chriſtꝰ
elegit ſtephane ꝑ quē fideles ſuos corroboret. ſe ti
bi inter rotatus ſaxoꝝ ſolatio manifeſtās. Nūc in
ter inclitas martyꝝ purpuras choruſcas coronatꝰ

¶ Fraus licet ꝓprie ſit deceptio. tamen hic pro malitia vel culpa ponitur Ita etiam apud Virgilium. Quis deus in fraudem ꝛc. ¶ Tripudium eſt ſaltatio. quaſi terre pauium Nam pauire eſt ꝑcutere. Unde fit pauimentū Tripudiare eſt tripudium agere. id eſt ſaltare. teuthonice danſen ¶ Proinde ſignificat propterea ¶ Conciliare eſt coniungere per amorem Virgilius Tu ceptra iouemqꝫ concilias Inde reconciliare. i. reducere in gratiaꝫ ¶ Aſtruo quaſi ad aliud ſtruo Quādoqꝫ ſignificat addo. quādoqꝫ aūt affirmo. vt hic ¶ Corroborare eſt robur dare. ¶ Rotare eſt voluere Virgilius Inſtat non ſecius ac rotat enſem. Inde rotatus. i. volutio vel iactus. ¶ Purpura eſt color ſimilis ſanguini concreto

IOannes ieſu chriſto multū dilecte virgo Tu
eiꝰ amore carnalē. In naui parentē liquiſti.
Tu lene cōiugis pectus reſpuiſti meſſiā ſecutus.
Ut eius pectoris ſacra meruiſſes fluenta potare.
Tuqꝫ in in terris poſitus gl̄am conſpexiſti filij dei
Que ſolū ſanctis in vita credit̄ cōtuenda eſſe pen
ni Te chriſtus in cruce triūphans matri ſue dedit
cuſtodē. Ut virgo virginē ſeruares atqꝫ curā ſup
peditares. Tu de carcere flagriſqꝫ fractus teſtimo
nio pro chriſti es gauiſus Idem mortuos ſuſcitas
inqꝫ ieſu nomine venenum forte vincis Tibi ſum
mus tacitum pre ceteris verbū ſuum pater reue
lat. Tu nos oīes ſedulis p̄cibus apud deum ſem
per cōmenda Ioannes chriſti chare

¶ Lenis prima producta eſt idem quod planus ꝛ mollis Virgilius. Et ſepe in ieni queſiſſent cornua fronte. ¶ Meſſias hebraice dicitur grece vel latine chriſtus ¶ Fluentum id eſt fluuius ¶ Perennis id eſt perpetuus. ꝛ ſcribitur ſine h. quia fit a per ꝛ annus Dicitur etiam perennus a um.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

¶ Suppeditare non ſignificat ſub pedibus dare. ſed abundanter dare. Ci-
cero Creditores regis aperte pecuniam ſuppeditant. Idem. Ciceroni meo
ſuppeditabis quantum videbitur. Igitur hic ſuppeditares curam id eſt da-
res aut miniſtrares neceſſaria Nam cura pro diligentia ponitur vel pro ijs
rebus quarum cura habenda eſt ¶ Flagrum quandoqꝫ flagellum ſignificat
Iuuenalis. Nec dura timebis flagra pati. Quandoqꝫ ardorem ſ̄ficat. a quo
flagrare id eſt ardere. Hic capi poteſt pro vtroqꝫ ¶ Tacitus dicitur quando
qꝫ qui tacet aut de quo tacetur vt hic.

De innocentibus

Laus tibi chriſte. Cui ſapit quod videtur cete
ris eſſe ſurdaſtrum Famulatu cuius omnis
competit ſexus et etas. Recentes atqꝫ teneri mili-
tes herodiano enſe trucidati te hodie precauerūt.
Licet necdum potuerunt lingula effuſione tamē
te chriſte ſui ſanguinis preconati ſunt. Nac cū cruo
re fundentes ad deum clamitaturi. Vda pupilli
quem gena miſeret et innocentis. Quis athletaꝝ
fortiſſimus vnquam exercitibus tantam chriſte
ſuis contulit victoriam Quantum vagiēs coeun
lis tuis tu preſtitiſti mittens eos celo regnaturos
perpetim. O chriſti precones clari floreſqꝫ marty
rum choruſci. Et confeſſorum inſignes gemmule
ſanctorum. Atqꝫ ſterilium in mundo virginū. Cla
ri filioli. dulces puſioli nos iuuate p̄cibus. Quos
chriſtus innocentem mortem veſtram miſerans.
Pro ſeſe maturatam placidus exaudiens Nos re
gno ſuo dignetur

¶ Surdaſter id eſt aliquantum ſurdus. eſt enim diminutiuum ſicut recal-
uaſter id eſt aliquantum caluus. ſcilicet qui in prima parte capitis nō habet
crines. Necdum et nondum id eſt adhuc non
¶ Preconari id eſt laudare. Preconium id eſt laus vel ſermo. Nam preco di-
citur qui aliquid publice clamat. ¶ Vdus id eſt humidus. Ouidius Ne fie-
ret prima pes tuus vdus aqua. Eſt autem vda gena hic ablatiui caſus re-
ctus a pupilli ſic conſtruendo rē.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

Quē miſeret pupilli vos gena ꝛc. ¶ Gena eſt ps faciei circa oculū ſupra ma-
lam. ꝛ tamē pro mala ponit Pupillus eſt puulus carens parentib⁹ qui gre
ce dr orphanus ¶ Athleta eſt pugnator. ꝛ eſt nomen grecū ¶ Coeuus. i. eiuſ
dem eui. Jn̄ coeuulus diminutiuū. ¶ Gemma dr omnis lapis p̄cioſus p̄ter
margaritā que vulgo perla dr ¶ Puſio dicitur puer Juuenalis Nōne putas
melius ꝙ tecum puſio dormit. Jnde puſiolus ꝛ puſillus ¶ Maturare eſt fa
cere maturū. vt ſol maturat fruges Etiam eſt feſtinare. vt hic Etiam matu-
rare eſt moderate facere Virgilius. Maturate fugam.

In epiphania domini

Feſta chriſti om̄is chriſtianitas celebret. Que
miris ſunt modis ornata cunctiſq; venerāda
ꝑplis. Per om̄itenētis aduentū atq; vocationē gē
tiū Vt nat⁹ eſt chriſt⁹ eſt ſtella mag⁹ viſa lucida. At
illi nō caſſam putantes tāti ſigni glām. Secū mu
nera deferūt puulo offerūt vt regi celi quē ſidus p̄
dicat Atq; aureo tumidi p̄ncipis lectulo trāſito chri
ſti p̄ſepe q̄ritant. Hinc ira ſeui herodis feruida in
uidi recēs rectori genito bethleem puulos p̄cepit
enſe crudeli p̄dere. O chriſte q̄ntū patri exercitū iu
uenis doctus ad bella maxima ꝑplis p̄dicans colli
ges ſugēs cū tm̄ miſeris Anno hoīs triceſimo ſub
tus famuli ſe incliti inclinauerat manus de⁹ cōſe
crans nob baptiſma in abſolutionē criminū. Ecce
ſpūs in ſpē ipm alitis innocue vnctur⁹ ſcis p̄ oib⁹
viſitat ſp ipſi⁹ cōtentus māſione pectoris. Patris
etiā inſonuit vox pia veteris oblita ſermonis. pe
nitet me feciſſe hoīem Vere filius es tu me⁹ mihi
met placidus in quo ſum placatus. hodie te mi fi
li genui. Huic oēs auſcultate populi p̄ceptori

¶ Epiphania grece latine illuſtratio vel apparitio. Epiphanes illuſtris
Vt quādoq; fcat poſtq̄. quādoq; qualiter Virgi. Vt vidi vt perij. i. poſtq̄
vidi qualiter perij. ¶ Magi pſica lingua dicunt ſapientes vel obſeruatores
ſyderum. Magia i p̄ducta dr ars magorum. ¶ Caſſus dicitur inanis aut va-
cuus. Caſſa nux inquit Plautus ¶ Tumidus qui tumet id eſt ſuperbus eſt

¶ Seuus id eſt crudelis. Seuitia .i. crudelitas. Seuio ſeuus ſum. ¶ Recẽs pro aduerbio recenter ponitur. Virgilius. Sole recens orto ¶ Perdere ſcat deſtruere vel occidere. Terentius Dij te perdant. Etiaꝫ ſcat amittere. vt notum eſt. ¶ Subtus proprie eſt aduerbium. ſubter p̄poſitio. ſed qñqꝫ ſubtus ponitur pro ſubter vt hic ¶ Inclitus .i. nobilis et glorioſus ¶ Baptiſma grece latine merſio aut lotio Nam baptizo ſcat mergo. Etiã dicitur baptiſmus et baptiſmũ ¶ Innocuus id eſt innocens. quãdoqꝫ cui non nocetur. vt apud Virgilium Sedere carine omnes innocue ¶ Hodie genui te .i. in eternitate Nam vt Caſſiodorus ait. Hodie apud deum nullo initio incipit. nullo fine concluditur. ⁊ quicquid de deo dixeris. illi eſt hodie ¶ Auſculto te .i. audio te. Auſculto tibi id eſt obedio.

In commemoratione Marie.

Letabundus exultet fidelis chorus allã. Regẽ regum intacte profudit thorus res mirãda. Angelus conſilij natus eſt de virgine ſol de ſtella. Sol occaſum neſciens ſtella ſemꝑ rutilans ſemꝑ clara. Sicut ſidus radium profert virgo filiũ pari forma. Neqꝫ ſidus radio neqꝫ virgo filio fit corrupta Cedrus alta libani conformatur hyſopo valle noſtra. Verbum ens altiſſimi corporari paſſuꝫ eſt carne ſumpta. Eſaias cecinit ſynagoga meminit nunqꝫ tamen deſinit eſſe ceca. Si non ſuis vatibꝰ credat vel gentilibus ſibyllinis verſibus hec predicta. Infelix propera crede vel vetera cur damnaberis gens miſera Natum conſidera quem docet littera ipſum genuit puerpera

¶ Nomina in bundus nõ ſcant ſimilitudinẽ ſed abundantiã. vt letabũdus id eſt valde letus. errabundus .i. valde errans. gemebundus .i. valde gemens ⁊c̃. ¶ Alleluia hebraice. latine laus tibi domine. vel cantate domino laudeꝫ. Eſt enim oratio non dictio ¶ Radius eſt fulgor ſolis. Eſt etiam ſtipes quilibet. ⁊ inſtrumentum textorum. Item in rota radij ſunt ſtipites de cantho in axem. ſed radiare fulgere ¶ Libanus eſt mons inter ſyriam ⁊ pheniciam in quo creſcunt cedri. que ſunt arbores magne ⁊ precioſe. ¶ Hyſopus vel pum eſt herba medica. ⁊ ſcribitur apud grecos per omega. id eſt o magnum. ideo producit o. ¶ Corporare vt ait Perottus eſt interficere. ⁊ corpus ſolum ſine anima relinquere. Forte etiam ſcat corpus facere. Ergo hic incorporari ſt incarnari vel interfici ¶ Synagoge grece ꝯgregatio latine. ⁊ nos mutamus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

e in a. ¶ Sibylla dicitur omnis mulier vaticinans id eſt prophetans. Fue/
runt ſibylle decem que de chriſto prophetauerunt. vt aiunt Auguſtinus ꝛ la/
ctantius.

Agnetis virginis.

Laus ſit regi glorie cuius forma; gratie ſolis
ſplendor obſtupeſcit. In hortos eccle lilia colli
gere tanꝗ̄ ſponſus dum ꝑceſſit. Ecce agnus inue
nitur ꝛ inuenta colligitur liliū de lilio Annulo cu
ius munit͛ et in ſponſam eligitur regi regis filio.
Cuiꝰ feruēs in amore mundū ſpernit cum decore
blandimentis nec tormētis emollita iudicis. Cun
cꝫ mentis in feruore ſponſum querit ſponſe more
ſpoliata veſtimentis denſis latet capillis. Tunc in
ducta lupanari cella fulget vt ſolari ſplendore lucꝭ
copia. Ab angelo cōfortari meruit atꝗ velari cicla
de auro contexta. Illic virgo ne tangat͛ impudicꝰ
ſuffocat͛ pro quo agnes dū ꝓcatur reuiuiſcit iuue
nis. Per quē chriſtꝰ dū laudat͛ plebs hinc furēs in
dignat͛. agnā magā proteſtat͛ tradens hanc incen
dijs. Sed ignis obſtupēs cedit nec agnā nec lana;
ledit. eiꝰ roris ꝛ pudoris nō ferēs potētiā Cuiꝰ gut
tur enſis caedit. mortiq; vita ſuccedit. ecce vidit qd̄
cupiuit ꝑ ſponſi pſentiam. Poſtq̄ ergo ſic trium
phat virgo martyr gaudens intrat ſui ſponſi tha
lamum. Apud quem nūc intercedat vt celi nobis
concedat intrare palatium

¶ Stupeo. teuthonice beſwroghen. Inde ſtupor ꝛ ſtupidus. Item obſtupeo
et obſtupeſco quod accipitur pro miror. ¶ Hagnos grece caſtus et purus.
Inde hagne huius hagnes. vel hagnes huius hagnetis vel hagnis pro no/
mine virginis ¶ Emollire id eſt facere mollem. Inde emollitus id eſt ſupera
tus. pſuaſus ¶ Feruor eſt vehemens calor vel commotio. vt feruor maris
¶ Capilli ſunt capitis pili. id eſt crines in capite. Capillatus dicitur qui ma
gnos capillos habet ¶ Lupa ponitur pro meretrice. Inde lupanar id eſt do

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

mus lupe ¶ Solaris id eſt ptinens ad ſolem. vt ſplendor ſolaris .i. ſolis/
¶ Cyclas dicitur veſtis ornata circulis aureis vel purpureis. Itez cyclades
ſunt multe inſule per circulum poſite in egeo mari ¶ Suffoco media produ/
co .i. id eſt ſtrangulo vel fauces premo ¶ Indignari eſt iraſci tanq̄ꝫ fiat res in/
digna. Horatius. Iraſcor medicis fidis indignor amicis. ¶ Cedo ceſſi ceſ/
ſum. id eſt diſcedo. Caedo caecidi caeſum .i. pcutio vel occido. Inde cedes .i.
occaſio ¶ Thalamos grece. latine cubiculū. ſed proprie ſponſi z ſpōſe. Inde
epithalamiū dicitur carmen nuptiale ¶ Palatiū dicitur ampla domus prin
cipis. Inde palatinus .i. ad palatium pertinens

In conuerſione ſancti Pauli apoſtoli

Dixit dn̄s ex baſan conuertā cōuertam in pro
fundū maris. Quod dixit z fecit ſaulū vt ſtra
uit paulum z ſtatuit. Per verbū ſuū incarnatum
per quod fecit z ſecula. Quod duꝫ impugnat audi
uit ſaule ſaule quid me pſequeris. Ego ſum ieſus
durum eſt tibi vt recalcitres ſtimulo A facie domi
ni mota eſt terra cōtremuit mox et quieuit. Dum
cognito credidit dn̄o ſaulus pſequi ceſſat cōchriſti
anos. Hinc lingua tuoꝝ eſt canum ex inimicis re
diens ad te deꝰ. Dum paulus in ore omniuꝫ ſacer
dotū ſura dat pceptorum. Docens crucifixum nō
eſſe alium pter chriſtum deū. Cum patre qui reg
nat z ſancto ſpū cuiꝰ teſtis paulus. Hinc lingua ſa
cerdotū more canis dum ylurit legis z euangelij
duos molares in his cōtriuit. Correxit vniuerſas
ſpēs medicinarū quibꝰ curantur ſaucij reficiūtur
enutriendi. Quo docente deuꝫ mare vidit z fugit
iordanis cōuerſus eſt retrorſum. Quia turba gē
tium relicto victo vitiorum profundo og rege ba
ſan cōfuſo. Te ſolum adorat chriſtū creatorē quē et
cognoſcit in carne veniſſe redemptorem

¶ Iſte primus verſus in forma habetur in pſalmo lxvij. et vult autor huius
ſequentie ꝙ completus ſit per conuerſionē ſancti pauli Baſan enim fuit re
gio q̄dam gentiliū. z interp̄tatur ſterilitas vel ſiccitas. z ſignificat infidelita/
tem de qua dominus conuertit paulum ad agnitionem ſui nominis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

¶ Paulus primo vocabatur ſaulus ꝑ tres ſyllabas. nã hebraice dicitũr ſaul ¶ Recalcitrare eſt calcibus ꝑcutere vt equi faciunt ¶ Recalcitrare ſtimulo. eſt re-bellando fortiori ledere ſeipſum ¶ Terentius ¶ Inſcitia eſt aduerſus ſtimulum calcitres. ¶ Canes ſcant ſacerdotes qui defendere debent domus dei. et ab ouibus lupos arcere. Eſt autem hic verſus ex pſalmo ꝑdicto ¶ Docens crucifixum ⁊c. i. paulus oſtendit iudeis illum quē crucifixerãt eſſe chriſtũ deum ¶ Molaris quaſi ꝑtinens ad molaꝫ. ⁊ qñqꝫ capitur adiectiue. quãdoqꝫ ſubſtantiue. Etiam ſcat dentes maiores quibus mollitur cibus. ita capitur hic ¶ Saucius dicitur vulneratus Inde ſauciare id eſt vulnerare ¶ Jordanus eſt amenus fluuius circa iudeam. hic ponit̃ pro populo iudeorum. ſicut mare pro gentilibus ¶ Baſam fuit quedam regio cuius rex dicebatur og. qui hic ponitur pro diabolo.

In feſto purificationis Marie

Concẽtu parili hic te maria venerat̃ ꝑpl's teqꝫ pijs colit cordibꝰ. Generoſi abrahe tu filia venerãda regia de dauidis ſtirpe genita. Sanctiſſima corꝑe caſtiſſima moribuſqꝫ oĩm pulcherrima virgo virginũ Letare mater ⁊ ꝟgo nobilis gabrielis archangelico q̃ oraculo credula genuiſti clauſa filiũ. In cuius ſacratiſſimo ſanguĩe emundat̃ vniuerſitas ꝑditiſſimi generis vt ꝓmiſit deꝰ abrahe. Te virga arida aaron flore ſpecioſa ꝑ̄figurat maria ſine viri ſemine nato floridã. Tu porta iugiter ſerata quã ezechiel' vox teſtat̃ maria ſoli deo ꝑuia eſſe crederis. Sed tu tñ matris virtutũ dũ nobis exẽplũ cupiſti ꝯmẽdare ſubiſti remediuꝫ pollutis ſtatutũ matribꝰ. Ad tẽplũ detuliſti tecũ mũdandũ qui tibi integritatis decus deꝰ hõ genitꝰ adauxit intacta genitrix. Letare quã ſcrutator cordis ac renum ꝓbat habitatu ꝓprio ſingulariter dignã ſancta maria. Exulta cui paruus arriſit tũc maria q̃ letari oĩbus ⁊ cõſiſtere ſuo nutu tribuit. Ergo q̃ qꝫ colimꝰ feſta ꝑuuli chriſti ꝓpter nos facti eiuſqꝫ pie matris marie Si nõ dei poſſumꝰ tantã exequi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

tarde humilitatē. forma ſit nobis eius genitrix. Laus patri glorie qui ſuū filiū gentibus ⁊ populo reuelās iſrahel nos ſociat. Laus eius filio qui ſuo ſanguine nos patri recōcilians ſupnis ſociauit ciuibus. Laus quoqꝫ ſancto ſpiritui ſit ꝑ euum.

¶ Parilis id eſt equalis vel par ¶ Nota ꝙ omnia nomina in ilis que formātur a nominibus producunt i. preter parilis quod fit a par Exempla regule puerilis virilis ſenilis anilis ⁊c̄. ¶ Generoſus dicitur qui eſt de magno genere ¶ Oraculum vt ait Seneca eſt diuina voluntas ore hominis enunciata. Virgili. Mittimus eriphilum ſcitalum oracula phebi ¶ Aaron fuit frater moyſi maior natu. ⁊ primus iudeorum pontifex. Quod alij quidam cū egre ferrent. iuſſit dominus vt et aaron ⁊ alij illi ſuas quiſqꝫ virgas deferrēt in tabernaculū domini. vt miraculo proderetur quis eſſet pontificio digniſſimus Deinde reuerſi viderunt virgam aaron. flores ⁊ fructus protuliſſe

¶ Ezechiel fuit propheta qui ſic ſcribit de virgine maria. Conuerti me ad viam porte ſanctuarij exterioris. que reſpiciebat ad orientem. ⁊ erat clauſa. Et dixit dominus ad me. Porta hec clauſa erit ⁊ nō aperietur. ⁊ vir nō trāſibit per eā. eritqꝫ clauſa principi ¶ Scrutari eſt inquirere vel pſpicere Pſalmiſta Scrutans corda ⁊ renes deus. ¶ Exultare eſt frequentatiuum ab exilio. quod fit ab ex ⁊ ſalio ¶ Nutus eſt motus capitis. accipitur pro volūtate. Fit autem a verbo nuo. a quo eſt nutare frequentatiuum. Colimus feſta chriſti facti paruuli propter nos. id eſt qui factus eſt paruulus propter nos

¶ Exequi id eſt perficere. hic accipitur pro ſequi. ¶ Tardus dicitur piger in agendo. cui opponitur feſtinus ¶ Pater glorie dicitur. vel quia ſummā gloriam habet. vł quia gloriam dat ſanctis. vel quia digniſſimus omni gloria.

¶ Iſrahel interpretatur vir videns deum. ⁊ ponitur hic pro cetu bonorum Velare eſt velo tegere. Reuelare eſt auferre velū vel manifeſtare. et pducit ve

¶ In die ſancto paſche.

Laudes ſaluatori voce modulemur ſupplici. Et deuot⁹ melodijs celeſti domino iubilem⁹ meſſye. Qui ſeipſum exinaniuit vt nos ꝑditos liberaret homines Carne gloriam deitatis occulēs pannis tegitur in preſepi miſerans precepti tranſgreſſorem pulſum patria paradiſi nudulum. Ioſeph marie ſimeoni ſubditur circūciditur ⁊ legali hoſtia mundatur. vt peccator noſtra qui ſolet relaxare crimina. Serui ſubijt manus baptizandus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

ac ꝓfert fraudes tentatoris fugit ꝓſequentur lapi-
des. Famē patitur dormit ac triſtatur ac lauat diſ-
cipulis pedes deus homo ſummus humilis Sed
tamē inter hec abiecta corpis. eius deitas nequa-
q̄ꝫ quiuit latere ſignis varijs ⁊ doctrinis prodita.
Aquam nuptijs dat ſaporis vinei cecos oculos cla-
ro lumine veſtiuit lepram luridaꝫ tactu fugat pla-
cido Putres mortuos ſuſcitat membraqꝫ curat de-
bilia fluxū ſanguinis conſtrinxit ⁊ ſaturauit quin-
qꝫ de panibus quina milia Stagnuꝫ peragrat flu-
ctuans ceu ſiccum littus ventos ſedat linguam re-
ſerat cōſtrictam. recluſit aures priuatas vocibus
febres depulit. Poſt hec mira miracula taliaqꝫ.
Sponte ſua comprehenditur ⁊ dānatur. Et ſe cru-
cifixi non deſperit. Sed ſol eius mortem non aſpe-
xit. Illuxit dies quam fecit dominus mortem de-
uaſtans ⁊ victor ſuis apparans dilectoribus viuꝰ
Primo marie deinde apoſtolis docens ſcripturas ⁊
cor aperiens vt clauſa de ipſo reſeraret. Fauēt igi-
tur reſurgenti chriſto cuncta gaudijs. flores ſege-
tes rediuiuo fructu vernāt. ⁊ volucres gelu triſti
terſo dulce iubilant. Lucent clarius ſol ⁊ luna mor-
te chriſti turbida. tellus herbida reſurgenti plau-
dit chriſto. que tremula eius morte ſe caſuram mi-
nitat Ergo die iſta exultemus qua nobis viam vi-
te reſurgens patefecit ieſus. Aſtra ſolum mare iu-
cundentur et cuncti gratulētur in celis ſpiritales
chori trinitati.

¶ Modulari eſt canere Ouidius Paſtor inequali modulatur arundine car-
men. ¶ Melodia id eſt melos vel dulcis cantus. ¶ Meſſyas hebraice dici-
tur chriſtus ¶ Exinanire eſt euacuare vel facere inanem. Nā a nomine ina-

nis formatur ¶ Occulo id eſt abſcondo. Inde occultus ⁊ occultare. ¶ Mi/
ſerari eſt idem quod miſereri. ſed regit accuſatiuum. Virgilius. Dij iouis in
tectis iram miſerantur inanem ¶ Nudulus fit a nudus . ſicut nidulus a ni/
dus modulus a modus ⁊c̃. ¶ Hoſtia dicitur oblatio et proprie que fit vt ho
ſtes vincantur. Ouidius Hoſtibus a domitis hoſtia nomen habet.
¶ Seruus eſt qui habet dominium. teuthonice een cyghen man. Nam qui
precio conductus eſt dicitur miniſter mercenarius
¶ Nota in hiſtorijs ſepe ponitur tempus preſens pro preterito cauſa elegan/
tie. vt hic famen patitur ⁊c̃.
¶ Prodo quaſi porro id eſt procul do id eſt manifeſto. Etiam ſcat verraden
¶ Vineus quaſi pertinens ad vinum. vt ſapor vineus id eſt vini
¶ Luridus id eſt turpis aut valde pallidus.
¶ Putris eſt idem quod putridus Inde putredo. ſicut a dulcis dulcedo
¶ Conſtringere eſt colligare vel compeſcere. Inde conſtrictus. i. colligatus
¶ Peragro id eſt tranſeo. quaſi eo per agrum. ⁊ eſt media correpta
¶ Ceu id eſt ſicut
¶ Seu id eſt ſiue
¶ Sedare eſt placare mitigare quaſi facio ſedere
¶ Recludere eſt aperire Virgilius Ipſe iubebatur triſtes recludere portas.
¶ Sponte id eſt voluntate. ⁊ eſt ſolus ablatiuus. tamen legitur etiam geniti
uus ſpontis apud Aulum gellium
¶ Deuaſtare eſt deſtruere vel facere vaſtum. id eſt amplum. Virgilius. Ge/
nitor tum belus opimam vaſtabat cyprum
¶ Incertum eſt de qua maria hic intelligatur. vtrum de virgine matre. an de
magdalena. Nam de vtraqꝫ poteſt intelligi
¶ Rediuiuus quaſi rurſus viuus vel reuiuiſcens.
¶ Vernare eſt aliquid veris opus exercere Nam a ver fit vernus. ⁊ inde ver
nare. Ergo herbe ⁊ arbores vernant. id eſt frondent et florent. Aues vernāt
id eſt canunt ⁊c̃.
¶ Turbidus id eſt turbatus ⁊ commotus. nam turba dicitur turbatio
¶ Herbidus id eſt habens herbas. fit enim a verbo herbeo. a quo ⁊ herbeſ/
co id eſt herbas habeo vel acquiro
¶ Tremulus id eſt tremens.
¶ Mino vel minor dicitur indifferenter. A mino fit minito frequentatiuuꝫ.
A minor minitor. ⁊ hoc magis vſitatum eſt Tullius Mortē mihi minaris
¶ Gratulari eſt congaudere. Congratulor non reperitur apud diſertos:

Feria ſecunda et quarta paſche.

Laudes chriſto redēpti voce modulemur ſup
plici. Omnis in hac die rerum natura iubi
lans. Perſonet immēſas filios dei grās Ordines

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

noueni in veſtra nos adiuuate gaudia. Hymnite
nunc ſuperi pariter reſonare inferi. Et oīs in dño
ſpūs gratulet̄ eneſi. Qui hoīs cauſa deus hō naſci
tur ⁊ fragili carne ſe deitas occulēs ꝓbra ſuſtinuit
patiēs. Virtutib⁹ ſignis vt de⁹ emicuit ⁊ corporis
noſtri neceſſitate fruens verus terrigena claruit.
Ab hoſte tētatus nō eſt agnitus neq̨ diuinitas pa
tuit. Ars artē deluſit donec veteris nodū piaculi ſe
cuit. In ara crucis hoſtiā ſe ꝓ nobis chriſtus obtu
lit deo patri morte ſua noſtra mortificās crimina.
Iā chriſtus victor baratro populato mortis princi
pe vinculato ab inferis pōpa regredit̄ nobili. Hec
eſt dies q̄ illuxit poſt turbida regni ethyopum tpa
Chriſtus in qua reſurrexit vltra victur⁹ cū carne
quā ſumpſit de maria virgine. Qui ouem cū gau
dio patri quā ꝑdiderat humero reuexit ſuo

¶ Iubilus vel iubilum eſt vox pre leticia ſine arte prolata. Sillius Et letus ſcopulis audiuit iubila cyclops Inde iubilare.i. pre leticia vociferari ¶ Sanctuarium eſt locus ſanctus vel vbi ſancta continētur. ¶ Hymnire eſt laudando cantare. Nam hymnos grece eſt carmen. ¶ Superi dicuntur celeſtes qui ſunt ſupra. ¶ Inferi qui ſunt infra Unde homines ſunt inferi reſpectu celeſtium. Hoīes etiā ſunt ſuperi reſpectu inferiorum. Aenos grece dicitur laus Aeneſis. laudatio. Aeno. laudo ¶ Probra ſunt verba maledica vel turpia. ¶ Virtus ſepe ponitur pro efficacia vel potentia. vt hoc loco. ¶ Terrigena id eſt de terra genitus. Poete accipiunt pro gygantibus qui dicuntur filij terre ¶ Ars quandoq̨ ſcientiā ſ̄cat. quādoq̨ prudentiū ⁊ calliditatem vt hic ¶ Piaculū eſt peccatum. Etiam eſt purgatio vel medela. Vide longius ad hymnū ſummi largitor ¶ Barathrū eſt infernus vel quilibet profundus locus ¶ Populo vel populor ſ̄cat deſtruo vel euerto ¶ Pompa dr̄ ornatus vel apparatus ¶ Aethiopes ſunt homines nigri ⁊ ardore ſolis exuſti. Nā aetho grece ſ̄cat cremo. hic ſ̄cat demones

¶ Feria. iij. v. vi. ⁊ ſeptime paſche.

Victime paſchali laudes immolent chriſtiani
Agnus redemit oues chriſtus innocēs patri
recōciliauit pctōres. Mors ⁊ vita duello cōflixere

mirãdo dux vite mortuus regnat viuus. Dic no
bis maria quid vidiſti in via. ſepulchꝛ chriſti viuẽ
tis et glãm vidi reſurgẽtis. Angelicos teſtes ſuda
riũ et veſtes. ſurrexit chriſtꝰ ſpes mea p̃cedit ſuos
in galileã. Credendũ eſt magis ſoli marie veraci
q̃ȝ iudeoꝝ turbe fallaci. Scimus chriſtũ ſurrexiſſe
a mortuis vere tu nobis victor rex miſerere

¶ Victima dr oblatio facta cauſa victorie. Qui. Victima que cecidit dextra victrice vocatur. ¶ Mola dicitur farina ſalſa que offerebatur Inde fit immolare. i. molã offerre vel ſacrificare ¶ Duellũ. i. bellum. nõ tantũ duoꝝ. ſed duarum partiũ ¶ Confligere. i. pugnare Conflictus. i. pugna vel percuſſio cum hoſtibꝰ ¶ Sudariũ eſt peplum quo ſudor abſtergitur a facie ¶ Galilea eſt ps iudee in qua eſt nazareth. ꝛ interp̃tatur tranſmigratio facta

¶ In cõmemoratione Marie poſt paſcha

VIrgini marie laudes intonẽt chriſtiani. Eua
triſtis abſtulit. ſed maria ꝓtulit natũ qui te
redemit pctõres. Ius ꝛ virtus modulo conuenere
mirãdo marie filius regnat viuus Dic nobis ma
ria virgo clemẽs ꝛ pia. qũo genitrix es facta cũ tu
ſis plaſma ex te naſcẽtis. Angelus eſt teſtis ad me
miſſus celeſtis. natus eſt de me ſpes mea. ſed icre
dula manet iudea Credendũ eſt magis ſoli gabrie
li forti q̃ȝ iudeoꝝ praue cohorti. Scimus chriſtũ ꝓ
ceſſiſſe de maria vere tu nobis nate rex miſerere

¶ Tonos grece ſonus latine. Inde tonare. i. granditer ſonare. Intonare. i. inchoare ſonũ vel valde tonare ¶ Ius eſt iuſticia. eſt poteſtas. eſt aqua cocture. ꝛ ſemp habet iuris in gtõ ¶ Modulus. i. modus per diminutionẽ ¶ Clemens dr qui vel que nõ facile iraſcitur. Pius vero dr bonus aut ſcũs aut beneficus. ¶ Plaſma grece formatio latine vel creatura. ¶ Iudea eſt regio vbi iudei habitabant. ſcȝ in qua eſt hieruſalem Ponitur aũt iudea ꝑ ipſis iudeis vt germania pro germanis. ſcȝ continens pro contento.

¶ Dñica ante aſcenſionem

MAne prima ſabbati ſurgens dei filius noſtra
ſpes ꝛ glã. Victor regis ſceleris rediȷ̃t ab infe
ris cũ ſumma victoria. Cuius reſurrectio omĩ ple

na gaudio conſolat' om̄ia. Reſurgētis itaqꝫ maria
magdalena facta eſt prenuncia. Ferens chriſti fra
tribus eius morte triſtibus expectata gaudia. O
beati oculi quibus regem ſeculi morte iam depo
ſita prima eſt intuita Hec eſt illa femina cuius cun
cta crimina ad chriſti veſtigia ei⁹ lauit gratia Que
duz plorat ⁊ mens orat facto clamat quod cor amat
ieſum ſuper omnia. Non ignorat quem adorat q̄d
precetur iam deletur quod mens timet conſcia. O
maria mater pia ſtella maris appellaris operum
per merita. Matri chriſti coequata dum fuiſti ſic
vocata ſed honore ſubdita Illa mundi imperatrix
iſta beata peccatrix leticie primordia fuderunt in
eccleſia. Illa enim fuit porta per quam ſalus eſt ex
orta. hec reſurgentis nuncia mundum replet leti
cia. O maria magdalena audi vota laude plena
apud chriſtum chorum iſtum clementer concilia.
Ut fons ſumme pietatis qui te lauit a peccatis ſer
uos ſuos atqꝫ tuos mundet data venia. Amen di-
cant omnia

¶ Sabbatum hebraice dicitur requies. et ſcat diem ſeptimum in quo iudei
iuſſi erant quieſcere ⁊ feriari. Prima ſabbati eſt prima dies poſt ſabbatuz. ſcꝫ
dies ſolis que dominica dicitur. quoniā dominus noſter in illa die natus fuit
et in eadez ſurrexit a mortuis ¶ Rex ſceleris eſt diabolus. vel quia ipſe ſcelus
inuenit. vel quia ſcelus punit. ¶ Conſolor verbum cōmune. quia ⁊ actiue et
paſſiue ponitur habet mediam productam. Horatius. His me conſolor vi-
cturus ſuauius acſi ¶ Femina ⁊ mulier differunt. Nam mulier tantum dici
tur de hominibus. femina etiam de alijs animalibus. Dicimus enim anſer
mas ⁊ anſer femina ¶ Conſcius proprie dicitur qui ſit ſe aliquid peccaſſe.
Iuuenalis Quis nunc diligitur niſi conſcius Aliquando tamē de bono di-
citur. Virgilius. Et mens ſibi conſcia recti ¶ Ille iſte ⁊ hic differunt. Nam
hic demonſtrat rem preſentem aut proximam loquenti. Iſte vero rem proxi-
mam ei ad quem loquimur. Ille autem rem remotam ab vtroqꝫ Itez iſte vel
hic demonſtrat aut refert rem propius dictam. Ille vero remotius dictam.
¶ Chorus eſt congregatio letantium vel canentium.

Amen dictio hebraica eſt. ꝛ quãdoqꝫ ſcat veritatẽ. qñqꝫ vere. qñqꝫ fiat.

De ſancto Joanne ante portam latinam.

Verbum dei deo natum quod nec factum nec
creatum venit de celeſtibus. Hoc vidit hoc at
trectauit hoc de celo reſerauit ioannes hominibꝰ.
Inter illos primitiuos veros veri fontis riuos io
annes exiliit. Toti mundo propinare nectar illud
ſalutare quod de throno prodiit Celum tranſiit ve
ri ſolis rotam vidit ibi totam mentis figens acie*m*.
Speculator ſpiritalis quaſi ſeraphin ſub alis dei
videns faciem. Audit in gyro ſedis qui pſallant cũ
citharedis quater ſenos proceres. De ſigillo trini
tatis noſtro nummo ciuitatis hic impreſſit caracte
res Ille cuſtos virginis arcanum originis diuinũ
myſterium ſcribens euangelium mundo demon
ſtrauit. Celi cui ſacrariũ ſuum chriſtus lilium filio
tonitrui ſub amoris mutui pace cõmendauit Hau
rit virus hic letale vbi corpus virginale virtꝰ ſer
uat fidei. Pena ſtupet ꝙ in pena fit ioãnis ſine pe
na bullientis olei. Hic naturis imperat vt et ſaxa
transferat in decus gemmaꝝ. Quo iubẽte riguit
aurum fuluũ induit virgula ſiluaꝝ. Hic infernuꝫ
reſerat morti iubet reſerat quos venenuꝫ ſtrauit.
Obſtruit quod ebyon cherinthus ꝛ marchion perfi
de latrauit Volat auis ſine meta q̃ nec vates nec ꝓ
pheta euolauit altius. Tã implẽda q̃ꝫ impleta nũ
q̃ꝫ vidit tot ſecreta purus hõ purius. Aquilam eze
chielis ſponſus miſit q̃ de celis referret myſteriuꝫ
Spõſus rubra veſte tectꝰ viſus ſed nõ intellectꝰ re
dit ad palatiũ Dic dilcẽ de dilecto q̃lis ſit et dilecto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

ſponſus ſponſe nuncia. Dic quis cibus angeloꝝ q̄
ſunt feſta ſupernoꝝ de ſponſi p̄ſentia. Veri panis
intellectus cena chriſti ſupra pectus ſit que nobis
reſera. Vt cantemus de patrono coram agno corā
throno laudes ſuper ethera

¶ Diuus ioannes euangeliſta a domitiano impatore romā vocatus ob con
ſtantiā fidei ante portam latinā fuit proiectus in dolium feruenti oleo plenū
ſed cum exiſſet illeſus. in inſulā pathmos que eſt vna cycladū vel ſporadū re/
legatus fuit. vbi apocalypſim ſcripſit ¶ Attrectare eſt manib⁹ attingere. Nā
tracto mutat a in e in compoſitis. ¶ Propinare proprie ſ̄cat p̄bibere. teutho/
nice brengen Etiam ſ̄cat ſchenken vt hic ¶ Seraphin ſunt angeli in ſupre/
mo choro ¶ Gyrus eſt circuitus ¶ Cythareous. i. cythariſta qui pſallit cytha
ra ¶ Character grece forma latine vel ſignum. Et proprie debet e ꝓducere
in obliquis. ſed vſus non ſeruat ¶ Arcanū. i. ſecretū. ab arca quod idem ſ̄cat
grece myſteriū ¶ Sacrariū dicitur locus templi vbi ſacra ſeruantur. pro quo
vulgus ait ſacriſ[illegible]ia. ¶ Letū ſubſtantiue d̄r mors. a verbo leo. quia mors oīa
delet. Inde letelis. i. mortalis vel ad letum ꝑtinens. ¶ Bullire eſt feruere vel
bullas habere. Nā bulla eſt inflatio aque cōmote. Dicimus igitur aqua bul/
lit. i. feruet vel habet bullas ¶ Gemme ſunt lapides p̄cioſi omnes p̄ter mar/
garitam. ¶ Fuluus color dicitur mixtus ex ruffo ꝛ viridi. vt color auri ꝛ leo/
num ¶ Ebion ꝛ cherintus erant heretici qui volebant iudaiſmū ſeruanduꝫ
cum chriſtianiſmo. ¶ Marchion fuit hereticus qui poſuit duo princip ia vel
duos deos. ſcꝫ bonum et malū ¶ Meta eſt terminus. Virgi. Hic labor ex/
tremus longaꝝ hic meta viarum. ¶ Ezechiel propheta deſcribit quandam
aquilā grandē. per quā ſanctus ioannes intelligitur. ¶ Patronus d̄r defen/
ſor. cuius relatiuū eſt cliens. Inde patrocinor. i. defendo. Inde patrocinū de
fenſio ¶ Cena dicitur a greco nomine cenon quod eſt cōmune. q2 tantū in ce
na veteres ſimul edebāt. cū ſcꝫ magis vacarent. Inde fit cenula. i. ꝑua cena

¶ In aſcenſione domini

SUmmi triūphum regis ꝓſequamur laude.
Qui celi qui terre regit ſceptra inferni iure
domito. Qui ſeſe ꝓ nobis redimēdis ꝓmagnū de
dit preciū. Huic nomē extat cōueniens ꝓdithū Nā
tranſiliuit oēs ſtrēnue montes colliculoſqꝫ bethel.
Saltum de celo dedit in virginalē ventrē inde in
pelagus ſeculi. Poſtq̄ illud ſuo mitigauit potēta
tu tetras phlegetōtis aſſilijt tenebras. Principis
illius diſturbato imperio. Manipulis plurimis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

inde eruditis mundū illuſtrat ſuo iubare. Captiui
tateꝗꝫ detentā inibi victor duxit ſecū. Et rediuiuū
iā ſuis ſe ꝓbuit ſeruis ⁊ amicis Deniqꝫ ſaltū dede
rat hodie maximū nubes poloſqꝫ curſu ꝓpeti tran
ſiēs Celebret ergo populus hūc diē credulus. cuiꝰ
morbida pdithū corpa in ſemetipſo altis ſedibꝰ celi
inuexit dei filius. Et tremens iudicē expectet affu
turū vt duo angeli fratres docuerūt. Qui ieſus a
vobis aſſumptus eſt in celū iterū veniet vt vidiſtꝭ
eū. Iā pdithū noſtrū vocibus ſedulis oēs implore
mus. Vt a dextris patris qui ſedet ſpm̄ mittat no
bis ſcm̄. In fine ſeculi ipſe quoqꝫ ſemꝑ ſit nobiſcū

¶ De triūpho ſupra dictum eſt. Proſequor te laude. i. laudo te Proſequor te
honore. i. honoro te ⁊c. ¶ Per iungitur poſitiuis. et ſcat valde. vt ꝑmagnus
ꝑutilis ꝑmultus ¶ Ioithū fuit nomen viri hebraici. ⁊ interꝑ̄tatur tranſiliēs
eos. ideo hoc nomen conuenit chriſto ¶ Bethel fuit ciuitas in iudea. ⁊ interꝑ̄
tatur domus dei ¶ Saltus vno modo eſt ſaltatio. vt hic. altero mō dicitur ſil
ua ¶ Mitigare eſt facere mitem ¶ Phlegeton eſt infernus. vel vt poete vo
lunt. fluuius ardens apud inferos. Nam phlegetho grece ſcat comburo
¶ Manipulus eſt tantū ſegetis quantū manu teneri poteſt Item eſt cohors
centum militum vel turba. vt hic. Item ꝑ ſyncopen u tollitur. Lucanus Cō
uocat armatos extemplo ad ſigna maniplos ¶ Morbidus. i. infirmus ⁊ ple
nus morbis. Etiam dicitur morboſus ¶ Credulus proprie qui cito credit
Ouidius Credula res amor eſt. Virgilius Sed non ego credulus illis.
¶ Implorare eſt cum ploratu inuocare. ⁊ regit accuſatiuū ¶ Sedulus id eſt
continuus ⁊ diligens Inde ſedulitas id eſt diligentia

¶ In die ⁊ in octaua pentecoſtes

Sancti ſpūs aſſit nobis grā. Que corda noſtra
ſibi faciat habitaculū. Expulſis inde cunctis
vitiis ſpiritalibꝰ Spūs alme illuſtrator hoīm Hor
ridas noſtre mentis purga tenebras. Amator ſcē
ſenſator ſꝑ cogitatuū. Infunde vnctionem tuā cle
mens noſtris ſenſibus. Tu purificator oīm flagi
tioꝝ ſpūs. Purifica noſtri oculū interioris homīs
Vt videri ſuꝑmus genitor poſſit a nobis. Mundi

cordis quez ſoli cernere poſſunt oculi. Prophetas tu inſpiraſti vt p̄conia chriſti precinuiſſent inclita Apl'os ↄfortaſti vti tropheũ chriſti p̄ totũ mundu; veherẽt. Quã machinã p̄ v̄bũ ſuũ fecit deus celi terre mariũ. Tu ſup̄ aquas ferens eas numẽ tuũ expandiſti ſp̄us. Tu aĩab? viuificãdis aquas fecundas. Tu aſpirãdo das ſpiritales eẽ hoĩes. Tu diuiſum p̄ linguas mũdũ ⁊ ritus adunaſti dñe. Idolatras ad cultũ dei reuocas magiſtroꝝ optime. Ergo nos ſupplicãtes tibi exaudi p̄picius ſcẽ ſp̄us. Sine quo p̄ces omnes caſſe credunt' ⁊ indigne dei auribus. Tu qui omniu; ſeculoꝝ ſanctos tui numinis docuiſti inſtinctu amplectando ſp̄us. Ipſe hodie apoſtolos chriſti donans munere inſolito ⁊ cunctis inaudito ſeculis. Hunc diem glorioſum feciſti

¶ Pentecoſte grecum nomẽ eſt quod latine ſonat quinquageſima. vt latius ſupra veni creator. Et ſcribitur ſine h. ¶ Gratia eſt donũ. quaſi gratis datũ. Etiam gratia eſt gratitudo. Gratia pro reb? merito debetur incemptis. Itez gratia eſt cauſa. ſed hoc in ſolo ablt'õ. ¶ Senſatus dicitur prudens Etiã ſenſatus dicitur qui ſenſus habet ¶ Flagitiũ eſt peccatum. quaſi flagris. i. flagellis dignum Inñ flagitioſus. i. plenus flagitijs ¶ Interior homo eſt anima hominis. ¶ Prophetes grece dicitur qui futura predicit Nam propheteo ſcat predico. ¶ Inſpirare eſt inflare vel indere Nam ſpirare eſt flare Aſpirare afflare ¶ Tropheum eſt ſignum victorie. vt crux eſt tropheum chriſti ¶ Numẽ eſt maieſtas vel diuina poteſtas ¶ Fecundus id eſt abũdus aut plenus Horatius. Fecundi calices quem non fecere diſertum Fecundare eſt facere fecũdum. Virgilius. Et viridem egiptum nigra fecundat harena. ¶ Ritus eſt mos vel conſuetudo. ¶ Idolon grece imago vel ſimulachrum latine. Inde idololatria id eſt idolorum cultura Et idololatres. i. cultor idoloꝝ Noſtri vero corrupte ſcribunt ⁊ legũt idolatria ⁊ idolatra. Item idolum apud grecos habet o magnum ¶ Inſtinctus eſt inſpiratio vel immiſſio

De ſancto ſpiritu p̄ totam hebdomadam

Veni ſancte ſpiritus ⁊ emitte celitus lucis tue radiũ. Veni pater pauperũ. veni dator munerũ. veni lumẽ cordiũ. Conſolator optime dulcis

hoſpes aīe dulce refrigeriū. In labore requies. in
eſtu tēperies in fletu ſolaciū. O lux beatiſſima re
ple cordis intima tuoꝝ fideliū. Sine tuo numine
nihil eſt in lumine nihil ē innoxiuꝫ. Laua qḋ eſt ſor
didū. riga qḋ eſt aridū. ſana qḋ eſt ſaucium. Flecte
quod eſt rigiduꝫ. foue quod eſt frigidum. rege qḋ
eſt deuium. Da tuius fidelibus in te confidentibꝰ
ſacrum ſeptenarium. Da virtutis meritum da ſa
lutis exitum da perenne gaudium

¶ Celitus adverbiū ſcat de celo. ſed celicus nomen adiectiuuꝫ ſcat id quod
celeſtis. ¶ Refrigero. i. frigefacio Inde refrigerium. i. infrigidatio ¶ Eſtus
eſt vehemus calor. Etiam eſt cōmotio. vt eſtus maris ¶ Temperies dicitur
moderatio Nam temperare eſt maderari Virgilius Mollitq; animos ⁊ tē
peratiras ¶ Noxius. i. nocens. Innoxius id eſt innocens ¶ Rigare nat ma/
ken. ſed rigere ſtyff weſen. Rigidus ſtyff ¶ Saucius. i. vulneratus ¶ Septe
narius dicitur numerus conſtans de ſeptem. hic per ſeptenariū accipimus ſe
ptem dona ſancti ſpiritus que habes Veni creator

¶ De venerabili ſacramento

Lauda ſyon ſaluatorē lauda ducē ⁊ paſtorē in
hymnis ⁊ cāticis Quantū vales tm̄ aude qꝛ
maior om̄i laude nec laudare ſufficis. Laudis the
ma ſpecialis panis viuus et vitalis hodie ꝓponit̄.
Quē in ſacre mēſa cene turbe fratruꝫ duodene da
tū nō ambigit̄. Sit laus plena ſit ſonora ſit iocūda
ſit decora mētis iubilatio. Dies em̄ ſolēnis agitur
in qua menſe ꝑma recolit̄ huius inſtitutio. In hac
menſa noui regis nouū paſcha noue legis phaſe
vetus terminat. Vetuſtatē nouitas vmbrā fugat
veritas noctē lux eliminat. Qḋ in cena chriſtꝰ geſ
ſit faciendū hoc expreſſit in ſui memoriaꝫ. Docti ſa
cris inſtitutis panē vinū in ſalutꝭ ꝯſecramꝰ hoſtiā
Dogma datur chriſtianis ꝙ in carnē trāſit panis
et vinū in ſanguinē. Quod non capis qḋ nō vides

animoſa firmat fides p̄ter rerū ordinē Sub diuer
ſis ſpecieb⁹ ſignis tantū ⁊ nō reb⁹ latēt res eximie
Caro cibus ſanguis potus manet tn̄ chriſt⁹ totus
ſub vtraqꝫ ſpē. A ſumēte nō cōciſus nō ↄfract⁹ nec
diuiſus integer accipit̄ Sumit vnus ſumūt mille
q̄ꝫtū iſti tm̄ ille nec ſumptus abſumit̄. Sumūt bo
ni ſumūt mali ſorte tn̄ inequali vite vel interitus.
Mors eſt malis vita bonis. vide paris ſumptiōis
q̄ꝫ ſit diſpar exitus Fracto demū ſacramento ne va
cilles ſꝫ memēto tm̄ eē ſb̄ fragmēto q̄ꝫtū toto tegit̄
Nulla rei fit ſciſſura ſigni tm̄ fit fractura q̄ nec ſta
tus nec ſtatura ſignati minuit̄ Ecce panis angelo
rū factus cib⁹ viatoꝝ vere panis filioꝝ nō mittēd⁹
canib⁹. In figuris p̄ſignat̄ cū iſaac īmolat̄ agnus
phaſe deputat̄ dat̄ māna patrib⁹. Bone paſtor pa
nis vere ieſu nr̄i miſerere tu nos paſce nos tuere
tu nos bona fac videre in terra viuentiū Tu q̄ cun
cta ſcis et vales q̄ nos paſcis hic mortales tuos ibi
cōmenſales coheredes ⁊ ſodales fac ſanctoꝝ ciuiū.

¶ Syon fuit arx in hieruſalem. Capitur pro homine chriſtiano vel pro ani
ma deuota. Interp̄tatur enim ſpeculatio ¶ Theſo grece ē pono Inde the
ma. i. poſitio vel fundamentū ¶ Uitalis. i. ad vitam ptinens vel viuificans
¶ Proponere eſt ante ponere ita vt videatur. ſed preponere eſt preferre in ho
nore ¶ Ambigo ab an quod eſt circū ⁊ ago. ſcat id quod circumago. Etiam
ſcat dubito. vt hic ¶ Phaſe hebraice dicitur tranſitus. quo nomine vocant iu
dei ſuum paſca quod fuit figura noſtri paſce ¶ Eliminare eſt expellere quaſi
extra limen fugare. ¶ Memoria ſui id eſt que habetur de ſe Nam ſi dicas me
moria ſua ſignificat quam ipſe habet ¶ Dogma grece latine decretum vel in
ſtitutum. vt varia ſunt dogmata philoſophoꝝ ⁊ religioſorum ¶ Eximius. i.
egregius ⁊ quaſi exemptus. nam eximere ſcat excipere. ¶ Species eſt idem
quod forma Speciosus id eſt formoſus ¶ Integer id eſt totus ⁊ cum omni
bus partibus Integrare eſt facere integrū ¶ Abſumere eſt conſumere Ho
ratius Abſumet heres cecuba dignior ¶ Interitus dicitur mors. a verbo in
terire quod eſt mori. ¶ Demū ſignificat tandem. ¶ Uacillare eſt moueri de
vno latere in aliud. vt nauicula in fluctibus. Etiam eſt dubitare vt hic
¶ Fragmentum eſt fruſtum de aliqua re fractum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

¶ Status eſt modus ſtandi Statura vero longitudo dicitur. vt homo ma/
gna vel parua ſtatura ¶ Uiare eſt ire. Inde viator. ¶ Iſaac erat filius abra/
he quem pater iuſſu domini immolare voluit. Dicit autem ſacramentū hoc
fuiſſe prefiguratum per immolationē iſaac. per agnum paſchalem ⁊ per man
na patribus datum. Commenſalis dicitur qui ſedet ad menſam alterius.
¶ Sodalis eſt ſocius in ludis aut rebus letis

De ſancta trinitate

Benedicta ſemper ſancta ſit trinitas deitas ſcʒ
vnitas coequalis gl'a. Pater filius ſcūs ſpūs
tria ſunt noīa oīa eadem ſubſtātia. Deus genitor
deus genit⁹ in vtroqʒ ſacer ſpūs deitate ſocius Nō
tres tñ dij ſunt deus verus vn⁹ eſt. ſic pater dñs fi
lius ſpūſqʒ ſcūs. Proprietas in ꝑſonis vnitas eſt ⁊
in eſſentia Maieſtas par ⁊ poteſtas dec⁹ honor eqʒ
ꝑ oīa Sidera maria ꝯtinēs arua ſimul ⁊ vniuerſa
cōdita Quē tremūt impia tartara colit quoqʒ quē
et abyſſus imſima. Quē laudāt ſol atqʒ luna dig
nitas adorat angelica. Hinc oīs vox atqʒ lingua fa
teat' hūc laude debita Et nos voce ꝑcelſa nunc oēs
modulemur organica cantica dulci melodia Eia ⁊
eia nūc ſimul iubilem⁹ alti throno dño laudes i ex
celſis O adorāda trinitas O venerāda vnitas Per
te ſum⁹ creati vera eternitas Per te ſum⁹ redēpti
ſumma tu charitas. Populū cūctū tu ꝓtege ſalua
libera eripe ⁊ emūda. Te adoram⁹ oīpotēs tibi ca
nimus tibi laus ⁊ gl'a. Per infinita ſecula ſeculoꝝ

¶ Trinus idem eſt quod triplex Inde trinitas id eſt numerus trinarius
Trinitas grece dicitur trias ados. ſicut vnitas grece dicitur monas ados
¶ Deus in ntō plurali habet dei vel dij Lucanus. Et veniam meruere dei.
Uirgilius Dij tibi ſi qua pios reſpectant ⁊c. Item in datiuo ⁊ ablatio deis
vel dijs. ¶ Maieſtas eſt honor ⁊ reuerentia. quaſi maior poteſtas Unñ reus
leſe maieſtatis dicitur. qui cōtra honorem principis aliquid vel egit vel dixit.
¶ Abyſſus dicitur immenſa profunditas. ⁊ eſt grecum. ¶ Uox a ſcriptorib⁹
capitur pro omni ſono. Inde vocula diminutiuū. ⁊ vocalis id eſt ſonorus. et
vociferor id eſt clamo ¶ Thronos grece dicitur ſedes. Inde adiectiuum alti/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

thronus o correpta id eſt ſedens in alto throno. ſicut altiſonus id eſt alteſo/
nans. ¶ Celſus celſior celſiſſimus. i. altus Inde p̄celſus ⁊ excelſus Errant
vero qui ſomniant celſus facere ſuplatiuum ſummus Nam celſiſſimus legi/
tur apud Pliniū ⁊ Columellam ¶ Cano te. i. laudo te vel carmen de te ſcri/
bo. Cano tibi id eſt ad tuam honorem

¶ In natiuitate Joannis baptiſte.

Sancti baptiſte chriſti p̄conis. Solēnia celebrā/
tes morib⁹ ipm ſeq̄mur. Vt ad vitā quā pre/
dixit aſſeclas ſuos perducat Deuoti te ſanctiſſime
hoīm amice ieſu chriſti flagitam⁹ vt gaudia perci/
piamus. Apperiēs q̄ zacharie gabriel repromiſit q̄
tuā celebrarēt obſequijs natiuitatē. Vt p̄ hec feſta
eterna gaudia adipiſcamur Qua ſancti dei ſacris
delitijs leti cōgaudēt. Tu qui p̄paras fideliū corda
ne quid deuiū vel lubricū deus in eis inueniat. Te
depoſcim⁹ vt crimina noſtra ⁊ facinora cōtinua p̄/
ce ſtudeas abſoluere. Placatus. vt ipſe ſuos ſp̄ in/
uiſere fideles. Et māſionē in eis facere dignetur.
Et agni vellere quē ſuo digito Mundi mōſtraue/
ras tollere crimina nos velit induere. Vt ipm me/
reamur angelis aſſocij. In alba veſte ſequi p̄ por/
tam clariſſimā. Amice criſti ioannes

¶ Baptiſtes vel baptiſta dicitur qui baptizat. i. lauat homines ⁊c̄. ¶ Aſſecla
id eſt qui ſequitur aliquem tanq̄ʒ dominum ſuum ¶ Deuotus dicitur qui de/
uouit ſe ſeruitio alicuius. ¶ Flagito ſignificat valde rogo Inde efflagito id
eſt flagitando acquiro vel impetro ¶ Adipiſcor id eſt acquiro. cuius preteri/
tum eſt adeptus ſum. Eſt autem compoſitum ab antiquo verbo apiſcor ap/
tus ſum. ¶ Lubricus eſt immundus ⁊ mollis vel limoſus vt anguille cutis
eſt lubrica ⁊ argilla madida eſt lubrica ¶ Crimen ⁊ facinus differunt. Nam
crimen eſt minus q̄ʒ facinus Item crimen quādoqʒ eſt criminatio vel accuſa/
tio. facinus accipitur pro omni facto bono ⁊ malo ¶ Studere eſt conari vel di/
ligentiā facere Inn̄ ſtudiū dr̄ diligentia ⁊ conatus Studere etiam ſ̄cat cupere
vel fauere ¶ Aſſocius. i. aſſociatus. ſicut aſſus dicitur pro aſſatus

¶ In feſto Petri ⁊ Pauli apoſtolorum.

Petre ſumme chriſti paſtor ⁊ paule gentiū do/

ctor Ecclam veſtris doctrinis illuminatã. Per cir
culũ terre p̃catus adiuuet veſter Nã dñs petre ce
lorꝫ tibi claues dono dedit. Armigerꝫ beniamĩ xp̃s
te ſcit ſuũ vas electũ Mare plãta te petre xp̃s ꝯcul
care tue dedit charitati. Umbrã tui corpis ĩfirmis
debilibuſq; fecit medicinã Doctiloq̃s ph̃os te pau
le xp̃s dat vincere ſua voce Multiplices victorias
tu paule xp̃o ꝑ ꝑplos acq̃ſiſti. Poſtremo victis oĩb⁹
barbarꝫ ad arcẽ ſũmi ꝑgitis culmis germanos diſ
cordes ſub iugo xp̃i pacatos iã coacturi Ubi nero
nis feritas p̃ncipis apl'orꝫ p̄lijs plurimis victores
diuerſe te petre ⁊ paule addixerat pene mortis Te
crux aſſociat te v̄o gladius cruẽtus mittit chriſto
¶ Summus .i. altiſſimus. vt ſummus olympus Quñq; eſt idẽ ꝙ maximus:
vt ſummus deus. ſumma res Itẽ qñq; eſt idẽ ꝙ vltimus Virgi. Uenit ſum
ma dies ¶ Eccl'a grecũ nomẽ eſt qđ latine interp̃tatur cõcio. Jñ eccleſiaſtes
id eſt concionator vel p̃dicator ¶ Armiger qui gerit arma dñi ſui. ſcꝫ haſtã
aut gladiũ. ¶ Beniamin fuit vnus de filijs iacob minimus natu. de cuius
progenie fuit ſanctus paulus Dicitur ergo beniamin quaſi beniaminita.
¶ Germanos diſcordes .i. romanos qui orti ſunt a duobus germanis diſcor-
dibus ſcꝫ romulo et remo Nam remus a romulo fuit occiſus

Ueni p̃celſa dña marie tu ¶ Viſitatio marie.
nos viſita egras mẽtes illuĩa ꝑ ſacra vite nu
mina. Ueni ſaluatrix ſcl'i ſordes aufer piaculi ĩ viſi
tãdo ꝑplm pene tollas ꝑiculũ Ueni regia gẽtiũ de
le flãmas reatuũ dele q̃cũq; deuiuꝫ da vitã inno
cẽtiũ Ueni vt anũ viſites maria vires robores vir
tute ſacri ĩpetus ne fluctuet animꝰ Ueni ſtella lux
mariũ ĩfunde pacis radiũ. exultet cor ĩ gaudiũ ioã
nis añ dñm Ueni v̄ga r̃galiũ reduc fluct⁹ errãtiũ
ad vnitatẽ fidei ĩ q̃ ſaluãt celici Uẽi depoſce ſp̃s ſcĩ
dõa ꝑpẽtu⁹ vt dirigamur recti⁹ ĩ h⁹ vite actib⁹ Uẽi
laudem⁹ filiũ laudẽ⁹ prẽꝫ vnicũ q̃ nob dat auxiliũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

¶ Maria ſyriace interpretatur dña. ſed hebraice ſtella maris ¶ Sordes eſt immundicia Inde ſordeo Virgilius Quoniã ſordent tibi munera noſtra. ¶ Piaculum eſt peccatum. ⁊ etiam purgatio pro peccato facta ¶ Reatus eſt culpa vel crimen. ⁊ venit a reus ¶ Anus quarte declinationis eſt vetus mu/lier Unde anicula diminitiuum ¶ Fluctuo vel fluctuor dicitur indifferenter id eſt erro vel moueor Sed fluctuo eſt magis in vſu Virgilius Vario curaꝝ fluctuat eſtu ¶ Propendo ꝑcat inclino Inde ꝓpenſus .i. inclinatus Quintil. Ille propenſus erat in amorem tui. Cicero. Propenſior in calamitoſos de/bet eſſe beneficentia. Hinc aduerbia propenſe propenſius id eſt magis.

¶ Tranſlatio Martini

AVe ſumma preſulũ eia o chriſti gẽma meritꝭ inclyta virtute lucida. Nos audi tua feſta co/lentes annua mũdo celebria. Alme pater vox nr̃a te cantat laude ſonora. Tu pro nobis ſpes noſtra martine deo ſupplica. Te aſia notuꝫ in europa lau/dat oĩs ⁊ affrica gẽma celi fulgidiſſima. Te gallia te patrẽ francia tua ſupplex ac freſia colit te fide ca/tholica. Cecis das viam. mutiſqꝫ loquelaꝫ. tu nos adiuua. Mũdans immunda qui fugas demonia nos hic libera. Qui ſuſcitator trium mortuoꝝ fue/ras laxa noſtre mentis vincula Qui infirma iam curaſti corpoꝝ plurima ſana noſtre mentis vulne/ra. Qui chriſtũ tua chlamide ptita tectuꝫ videras nocte ſecũda. Fac prece tua criminum vt ſoluat no/bis debita chriſti gratia Laus tua chriſtꝰ erat quẽ tota ſemꝑ mente colebas hunc pro nobis implora Vt lapſis remedia tribuat pſtans culpis veniam hec p̃cibus impetra. Lux ſuper te effulſit angelica dũ libas myſtica. nos ꝑ te protegat chriſti dextera Mortis metam qui tuis predixeras nil mortẽ tre/pidans a morte anime tu nos libera. Traiecti te chorus flagitat o martine preſulem cum clero deo commenda. Per tua nos vt ſuffragia mereamur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

perfrui iam tecum luce ſuperna.

¶ Summa ſubſtantiue eſt collectio rerum Virgilius Nauiget. hec ſumma
eſt Sed tamen in ſequentia eſt adiectiuū. ¶ Annuus.i.ſingulis annis veni-
ens.vt annua feſta Etiam annuus eſt ptinens ad annum vel faciens annū
vt annuū tempus ¶ Almus.i.venerabilis vel egregius ¶ Totus orbis terre
diuiditur in aſiam europam ⁊ africam Nam aſia habet mediū orbem incipi
ens ab oriente Alteram partē orbis diuidunt europa ⁊ africa. Sed europa
maior eſt habens greciam italiam galliam germaniam ⁊ daciam angliam
et hiſpaniam Gallia incipit ab italia inter germaniam ⁊ hiſpaniam. Fran-
cia pars eſt gallie interior ¶ Chlamys ydis eſt veſtis militaris.een mantel.
Inde chlamydula diminutiuū ¶ Partior iris id eſt partes facio vel diuido
Virgilius Hinc portū petit ⁊ ſocios partitur in omnes. Inde bipartior tri-
partior impartior vel impartio. ¶ Impetrare eſt efficere vel acquirere.ab in
et patro.quod eſt facio ¶ Libare ē guſtare vel attingere Virgilius Illa nec
amnē libauit quadrupes. Idem. Oſcula libauit nate Etiam ſcat offerre.
Idem Dixit ⁊ in menſa laticum libauit honorem. Liba ſunt panes immo-
laticij. ¶ Meta eſt terminus Inde verbum metor aris id eſt pono. Etiam
meta eſt inferior pars mole ¶ Suffragia ſunt preces pro alio.vel voces in ele
ctione. Suffragari eſt voce iuuare

¶ In diuiſione apoſtolorum

Celi enarrāt glām dei filij verbi incarnati fa
cti de terra celi. Hec eīm glīa ſoli dñs eſt ꝯgrua
Nomē eſt cuius magni ꝯſilij angelus. Illud conſi
lium lapſo homini auxiliū eſt antiquū ⁊ ꝓfundū
et verū factū ſolis tm̄ ſanctis cognitū. Cū angelus
iſte homo natus ex muliere immortalē ex mortali
de terra fecit celū.ex hoīe angelū. Hic eſt dñs exer
cituū deus cuiꝰ ſunt angeli miſſi ī terrā aplī. Qui
bus ſeipm̄ viuū ꝑbuit reſurgens in multis argu
mētis pacē mortis victor nūcians. Pax vobis ego
ſum inquit nolite iā timere ꝑdicate verbū dei cre
ature oīni corā regibꝰ et ꝑncipibꝰ. Sicut miſit me
pater ⁊ ego mitto vos in mundū. eſtote ergo pru
dētes ſicut ſerpētes. eſtote vt columbe ſimplices.
Hinc petrꝰ romā aplōꝝ ꝑnceps adijt. paulꝰ greciā
vbiqꝫ docēs grām. ter q̄ttuor hi ꝓceres in plagis
terre q̄ttuor enāgelizātes trinū ⁊ vnū. Andreas ia

cobus vterqꝫ philippus bartholomeus ſimon tha
deus ioãnes thomas mathias ⁊ matheꝰ duodeci
iudices nõ ab vno ſꝫ in vnũ diuiſi ꝑ orbē diuiſos in
vnũ colligũt. In oēm terrã exiuit ſonꝰ eoꝝ. et in fi
nes orbis terre v̇ba eoꝝ. Quã ſpecioſi pedes euã
gelizãtiũ bona p̄dicanciũ pacē. Sanguīe chriſti re
dēptis ita dicentiũ. ſpon regn̄bit deꝰ tuus Qui v̇ba
ſc̄la fecit qđ ꝓ nob v̇bũ caro fc̄m ē in fine ſc̄loꝝ. Hoc
v̇bũ qđ p̄dicamꝰ xp̄m crucifixũ q̇ viuit ⁊ regn̄t deus
in celis. Hi ſunt celi in quibꝰ chriſte habitas. in q̄ꝝ
v̇bis tonas. fulguras ſignis roras grãm Hiis dixi
ſti. rorate celi deſuꝑ ⁊ nubes pluãt iuſtũ apiat̓ ter
ra germinans. Germē iuſtũ ſuſcita terrã noſtraꝫ
quã ap̄licis v̇bis ſerēs germinare facias. Quorũ
verbis verbũ patris tenētis in patiētia fructũ fer
re fac nos tibi dñe. Hi ſunt celi q̊s magni ↄſilij an
gelꝰ inhabitas q̊s non ſeruos ſꝫ amicos appellas q̄
bus oĩa q̄ audiſti a patre notificas. In quoꝝ diuiſi
one collectũ gregē cuſtodias indiuiſum ⁊ in vincu
lo pacis vt in te vnũ ſimus ſicut in patre tu es vnꝰ
Miſerere nobis tu qui habitas in celis

¶ Celum qñqꝫ dr̄ tota dei machina: alio noīe mundus. qñqꝫ eſt aer. qñqꝫ lo/
cus beatoꝝ. Eſt etiam ſummitas oris. alio nomine palatũ. Eſt etiam inſtru
mentũ celandi vel ſculpēdi ¶ Incarnatus. i. caro factus ¶ Cõgruus. i. cõue/
niens vel aptus. a v̇bo cõgruo qđ ſ̄cat cõuenio Terē. Mulier mulieri magꝫ
congruit ¶ Apl̄s eſt grecum nomen latine dr̄ miſſus vel legatus ¶ Argumē
tum eſt idē quod ꝓbatio. a verbo arguo quod ꝓprie ſ̄cat probo. Plau. Non ex
audito arguo ¶ Omnis creatura dr̄ homo. qui cũ omni creatura hꝫ ꝑticipa
tionē ¶ Plaga prima producta ſ̄cat ictum. ſed prima correpta ſ̄cat regioneꝫ
Vir. Ethera quos lapſa plaga iouis ales apto Turbabat celo Etiã ſ̄cat re
te vel foramē retis Vir. Retia raro plage ¶ Thadeus eſt apl̄s q̇ alio noīe dr̄
iudas. ſed ad drãm traditoris vocatur thadeus. cꝫuis Hieronymus euꝫ no/
minet lebbeus ¶ Orbis. i. circulus vel rotũditas Virgi. Immēſis orbibꝫ an
gues Iñ orbiculus. i. ꝑuus orbis. Ponit etiã pro terra orbis Iuue. Quippe
aliter tũc orbe nouo. celoqꝫ recenti viuebãt hoīes. ¶ Euãgelion grece bona

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

nunciatio latine In euangelizo. i. bona nuncio ¶ Fulgurare eſt fulgur emitte
re. ꝛ qꝛ ad ſolū deū ꝑtinet. ponit̉ ſolū in tercia pſona niſi qn̄ ad ipm deū loqui/
mur. vel qn̄ deus loquēs inducitur. Idē eſt de tonat rorat ac ceterꝭ ¶ Nubes
pluāt iuſtum. i. demittant iuſtū. nā hoc verbū ponit̉ hic improprie cum accō.
Pulchrius iungitur abltō. vt pluit lapidibus ¶ Germē eſt nouus ramus In
germinare. i. germē producere vel creſcere ¶ Appello as. i. alloquor vel nomi
no. Appello is ꝑcat adduco. vt ventis appellit nauem littori

Laus tibi chriſte ¶ In feſto marie magdale.
q̇ es creator ꝛ redēptor idē ꝛ ſaluator. Celi ter
re maris angeloꝝ ꝛ hoīm Quē ſolū deū ꝯfitemur
et hoīez. Qui pctōres veniſti vt ſaluos faceres. Si
ne pctō peccati aſſumēs formulā. Quoꝝ de grege
vt chananeā mariā viſitaſti magdalenā Eadē mē
ſa verbi diuini illā micis hāc refouēs poculis. In
domo ſimonis leproſi cōuiuijs accubans typicis.
Murmurat phariſeꝰ vbi plorat femīa criminis cō
ſcia. Pctōr ꝯtēnit ꝯpeccantē. pcti neſciꝰ penitētē ex
audis emūdas. fedā adamas vt pulchrā facias Pe
des amplectit̉ dn̄icos lachrymis lauat tergit crini
bus. lauādo tergēdo ungēto vnxit oſculis circuit.
Hec ſunt ꝯuiuia q̄ tibi placēt o patris ſapīa. Natꝰ
de virgine q̄ nō dedignarꝭ tāgi a peccatrice A pha
riſeo es inuitatꝰ marie ferculis ſaturatꝰ. Multū
dimittis multū amāti nec crimē poſtea repetenti
Demonijs eā ſeptē mundās ſeptiformis ſpūs Ex
mortuis reſurgentē das cūctis te videre porē Hāc
chriſte ꝓſelita ſignas eccl'am quā ad filioꝝ mēſam
vocas alienigenā. Quā inter ꝯuiuia legis et grē
ſpernit phariſei faſtus lepra vexat heretica. Qua
lis ſit tu ſcis tāgit te qꝛ peccatrix qꝛ venie optatrix.
Quid nā haberet egra ſi nō accepiſſet ſi non medi
cus adeſſet. Rex regum diues in oīes nos ſalua
pctōꝝ tergens cūcta crimina ſcōꝝ ſpes ꝛ gloria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

¶ Creare venit a greco nomine creas quod eſt caro. ⁊ non ſemp ſcat de nihi
lo facere Nam ſepe legimus. populus illum creauit conſulem Celi terre ma
ris ⁊c. hic eſt color rethoricus qui vocatur articulus. ⁊ eſt quādo multe dictio
nes continuantur ſine coniunctionibus ¶ Chananei erant gentiles prope iu/
deam habitantes. ex quibus mulier chriſtum inſtantius orauit vt filiam ſuā
ſanaret quod tandem impetrauit cum diceret. Nam ⁊ catelli edunt de micis
⁊c. Mica eſt paruum fruſtū cuiuſq; rei. ¶ Typos grece figura latine. Inde
typicus id eſt figuratiuus ¶ Pharisei erant doctores. ⁊ velud religioſi iudeo
rum habitu ⁊ actu diuiſi a ceteris iudeis ¶ Fedus a um id eſt turpis Unde
defedare id eſt facere fedum ¶ Amplecti eſt circundare vel oſculari ¶ Ungē
tum non eſt quod vulneribus adhibetur. ſed eſt precioſa commixtio aroma/
tum. quo corpus vngitur voluptatis cauſa ¶ Ferculum eſt vas in quo cibus
fertur ad menſam. ⁊ ponitur pro cibis ipſis. Etiam eſt currus aut leticia in
qua feruntur homines ¶ Proſelitus dicitur aduena vel peregrinus vel alie/
nigena. Dicit ergo ꝙ per hanc mariā ſignificatur eccleſia de gentibus ad fi/
dem conuerſa. quam vexant heretici ⁊ ceteri mali ſicut mariam phariſeus
¶ Faſtus eſt faſtidium vel ſuperbia ¶ Diues in omnes id eſt benignus erga
omnes ¶ Tergere eſt purgare. ſecunde vel tercie declinationis

De ſancto Jacobo

Gaudeat hiſpania totaq; germania iubilet in
dño. De triūpho nobili iacobi apli cōpoſtelle
condito. Zebedei filiū chriſti conſanguineum nar
rat hunc hiſtoria. Hic vt ſolis radius fulget in pri
matibus viſa chriſti gloria. A ioſia capitur ad he
rodē trahit' funē collo baiulans. Uidet paraliticū
cui fert auxiliū ad tormentū ambulās. Joſias com
pungit' pedibus adiungitur iacobi pro lauachro
Qui poſt pacis oſculum tranſmigrat ad dñm ſe
cum cadens gladio. O felix apoſtole magne mar
tyr iacobe te colentes adiuua Peregrinos vndiq;
tuos clemens protege ducens ad celeſtia

¶ Jubilare eſt pre leticia vociferari ¶ Hiſpania eſt regio europe latiſſima in
ter africam ⁊ galliam. Hiſpanie pars eſt galetia vbi ſepultus fuit ſanctus ia
cobus ¶ Primates ſunt primi hoīes vel ſupremi ¶ Funis eſt reſtis. Inde fu
niculus. i. puus funis ¶ Paralyſis interptatur diſſolutio. ⁊ eſt languor neruo
rum. Jñ paraliticus qui patit' paralyſim. ¶ Migrare eſt diſcere vel mutare
domiciliū. Et hʒ i breue naturaliter. ergo trāſmigro emigro ⁊c. corripiūt me
diam ¶ Cadere qñq; ſcat mori Uirgi. Cadit ⁊ ripheus iuſtiſſimus vnus

De ſancto laurentio

Laurenti dauid magni martyr milesqꝫ fortis
Tu imperatoris tribunal. Tu manus tortorū
cruentas. Spreuiſti ſectatus deſiderabilē atqꝫ ma
nufortē. Qui ſol⁹ potuit regna ſuparē tyrāni cru
delis. Cuiuſqꝫ ſcōs ſanguinis ꝓdigos facit amor
milites eius. Dūmō illuꝫ liceat cernere diſpendio
vite pñtis. Ceſaris tu faces ꝯtēnis ꝛ iudic⁹ minas
derides. Carnifex vngulas ꝛ vſtor craticulā vane
cōſumūt. Dolet impius vrbis p̄fectus vict⁹ a piſce
aſſato chriſti cibo. Gaudet dñi conuiua fauo ꝯreſur
gēdi cū ipſo ſaciatus. O laurēti militū dauid inui
ctiſſime regis eterni. Apud illū ſeruulis ipſius de
precare veniā ſemp. Martyr milesqꝫ fortis

¶ Dauid interp̄tatur manu fortis vel deſiderabilis. ꝛ ponitur pro chriſto Deſiderabilis eſt qui poteſt vel debet deſiderari. ¶ Miles dicitur quicunqꝫ militat. i. qui meret ſtipendiuꝫ ¶ Cuius amor facit ſanctos milites eius pro digos ſanguinis. i. vt libenter fundant ſanguinē pro ipſo ¶ Diſpendium eſt damnū vel amiſſio. ¶ Carnifex eſt qui ſpeculator dicitur vulgo. ¶ Vngula eſt cornu quod equi ꝛ boues ꝛ cetera aīalia habent ad pedes. Hic ponitur ꝓ inſtrumento torquendi ¶ Fauus eſt mel non expreſſum. ſed adhuc in ſuis ca/uernis. ¶ Inuictus quaſi non victus. i. fortis ꝛ potens. ¶ Deprecari proprie eſt precibus auertere. vt deprecor mortem. i. precor ne moriaris

Aſſumptio Marie.

Congaudent angeloꝝ chori glorioſe virgini.
Que ſine virili cōmixtione genuit. Filiū qui
ſuo mundū cruore medicat. Nā ipſa letat̄ ꝙ celi iā
cōſpicat̄ principē In terris cui quondam ſugēdas
virgo mamillas p̄buit. Quā celebris angelis ma
ria mater ieſu credit̄. Qui filij illius debitos ſe co
gnoſcūt famulos. Qua gl'a in celis iſta virgo colit̄
q̄ dño celi p̄buit hoſpitiū ſui ſcīſſimi corpis. Quā
ſplēdida polo ſtella mar⁹ rutilat q̄ oīm lumē aſtro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

rum ꝛ hoīm atqꝫ ſpirituum genuit. Te celi regna
hec plebecula pijs cōcelebrat mentib⁹ Te cātu me
lodo ſup ethera vna cū angelis eleuat. Te libri vir
go cōcinūt ꝓphetaꝝ chorus iubilat ſacerdotū apl'i
chriſtiqꝫ martyres ꝑdicāt. Te plebes ſexus ſeq̄tur
vtriuſqꝫ vitā diligēs virginalē celicolas ī caſtimo
nia emulās. Eccl'a ergo cūcta te cordib⁹ atqꝫ carmi
nib⁹ venerās Tibi ſuā maniſtat deuotionē ꝑcatu
te ſupplici implorans maria. Vt ſibi auxiliū circa
chriſtū dn̄m eſſe digneris per euum.

¶ Con ꝓpoſitio inſeparabilis ſepe facit verbum cum quo componitur regere
datiuū. vt cōgaudeo tibi ¶ Medico vel medicor dicitur. ꝛ indifferēter regūt
vel datiuū vel accuſatiuū. Plautus. Iſtis ſedēs medicabo tibi Idem. Ego
iſtum lepide medicabo ¶ Conſpicor aris. i. cōſpitio ¶ Mamilla eſt idem qḋ
mama. ſed ſcribitur vno m. qꝛ prima ſyllaba breuis eſt. Iuuena. Illa loqui re
cta facie ſtrictiſqꝫ mamillis ¶ Rutilus. i. rubens ſicut ignis Īn rutilare id eſt
ſplēdere ¶ Aſtron grece dicitur ſidus latine. ſed aſter grece ſtella latine. a quo
fit aſteriſcus. i. parua ſtella ¶ Plebecula. i. parua plebs. ſed plebicola qui colit
plebem ¶ Melodus o producta. i. dulciter ſonans ¶ Plebes vel plebs dꝛ in
differēter Lucanus Neſcit plebes ieiuna timere Ergo hic legetur plebes nō
plebis. ſic conſtruendo. o maria plebes vtriuſqꝫ ſexus ſequitur te ¶ Emula/
ri eſt imitari. Etiam ſcat amare. Etiam inuidere Nam emulus dicitur inui
dus. ſed hic emulans ſcat imitans ¶ Caſtimonia. i. caſtitas. ſicut ſanctimo/
nia ſanctitas. parcimonia parcitas ꝛc̄.

In octaua aſſumptionis Marie

Ave ꝑclara maris ſtella in lucē gentiū maria
diuinitus orta Euge dei porta ꝗ non apta ve
ritatis lumē ipſum ſolē iuſticie indutū carne duc
in orbē. Virgo decus mundi regina celi ꝑelecta vt
ſol pulchra lunaris vt fulgor agnoſce omnes te di
ligentes. Te plenam fide virgā alme ſtirpis ieſſe
naſciturā priores deſiderauerūt patres et prophe
te. Te lignū vite ſancto rorante pneumate paritu
rā diuini floris amigdalum ſignauit gabriel. Tu
agnum regem terre dominatorē moabitici de pe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

tra deſerti ad montē filie ſyon traduxiſti. Tuqꝫ fu
rentē leuiathan ſerpentē toꝛtuoſumqꝫ et vectē col
lidens dānoſo crimine mundū exemiſti. Hinc gen
tiū nos reliquie tue ſub cultu memoꝛie mirum in
modū quē es entra ꝓpitiationis agnū regnantē
celo eternaliter. deuocamus ad arā mactādū my
ſterialiter. Hinc māna verū iſrahelitis veris veri
abꝛahe filÿs admirantib⁹ quondā moyſi quod ip
ſius figurabat iā nunc abducto velo datur ꝑſpici.
Oꝛa virgo nos illo pane celi dignos effici Fac fontē
dulcē quē in deſerto petra p̄monſtrauit deguſtare
cū ſincere fide reneſqꝫ ꝯſtringi lotos ī mari anguē
eneū in cruce ſpeculari. Fac igni ſcō patriſqꝫ vbo
qd rub⁹ vt flāmā tu poꝛtaſti virgo mater facta pe
cuali pelle diſcinctos pede mūdis labÿs coꝛdeqꝫ ꝓ
pinquare Audi nos nā te filius nihil negās hono
rat. Salua nos ieſu ꝓ quib⁹ virgo mater te oꝛat.
Da fontē boni viſere da puros mētis oclos ī te de
figere Quo hauſtu ſapiē ſapoꝛē vite valeat mens
intelligere. Chriſtianiſimi fidē opib⁹ redimire btō
qꝫ fine ex huius incolatu ſeculi auctoꝛ ad te trāſire

¶ Maria hebꝛaice interpꝛetatur ſtella maris. vt ſupꝛa. ¶ Diuinitus id eſt
diuina diſpoſitione. eſt enim aduerbium. ¶ Euge eſt interiectio letantis et
quandoqꝫ deridentis ¶ Lumen veritatis ⁊ ſol iuſticie chꝛiſtus eſt. ſic dictus
quia veritatem ⁊ iuſticiam exercet. ¶ Fulgoꝛ ⁊ fulgur dicitur. ſed hic opoꝛtet
legatur fulgoꝛ cum habeat adiectiuum maſculini generis ſcilicet lunaris.
¶ Ieſſe fuit pater regis dauid. de cuius pꝛogenie fuit maria. vnde dicitur vir
ga ſtirpis ieſſe ¶ Amygdalū vel amygdala eſt ſpecies nucis. teuthonice een
mandel ¶ Petra eſt hic nomen ciuitatis que fuit in terra moab vel in arabia
et in deſertō ſita. ¶ Filia ſyon eſt hieruſalem. quia ſyon fuit arx in hieruſa-
lem ¶ Leuiathan dicitur ſerpens toꝛtuoſus in aqua. ⁊ ponitur pꝛo diabolo.
ſicut ⁊ vectis cum pꝛopꝛie vectis ſit inſtrumentum ferreum aut ligneum quo
aliquid vehitur aut poꝛtatur aut pꝛomouetur aut ſubuertitur.
¶ Veri iſrahelite ſunt chꝛiſtiani qui per fidem vident deum. Olim iudei di
cebantur iſrahelite. id eſt filÿ iſrahel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

¶ Typus eſt foꝛma vel figura. nomē grecum ¶ Fons in deſerto olim fluxit de petra percuſſa per moyſen. qui fons ſignificat ſanguinem de vulneribus chriſti profluentez ¶ Anguen eneum. i. chriſtum qui olim figuratus fuit per anguē eneum quem moyſes erexerat. Moyſes vidit rubum ignitum ſed ta/ men illeſum. quo cum vellet accedere dixit angelus ei. Solue calceamēta de pedibus tuis ⁊c̄. Rubus ignitus eſt maria ſpū ſancto plena ⁊c̄. ¶ Negare eſt non dare. teuthonice weygeren. Etiam eſt non cōcedere quod dicitur

¶ Hauſtus eſt potio Ouid. Hauſtus aque mihi nectar erit. ¶ Chriſtianiſ/ mus. i. chriſtianitas vel mos chriſtianoꝝ ¶ Incolatus. i. ꝑegrinatio. Nam in cola dicitur peregrinus

De ſancto Auguſtino.

In eterni feſti gaudia noſtra ſonet harmonia. Quo mens in ſe pacifica vera frequētet ſab bata. Mundi coꝛdis leticia odoꝛans vera gaudia. Quibꝰ ꝑguſtet auida q̄ ſit ſanctoꝝ gl̄a. Qua letat᷑ in patria celicolaꝝ curia. Regē donantē p̄mia ſua cernēs ī gl̄a. Beata illa patria q̄ neſcit niſi gaudia nam ciues huius patrie nō ceſſant laudes canere. Quos ille dulcoꝛ afficit quez nullus meroꝛ inficit. quē nullus hoſtis impetit. nulluſq; turbo concutit Ibi dies clariſſima melioꝛ eſt q̄ȝ millia luce lucēs ꝑ fulgida plena dei noticia. Quā mens humana ca pere nec lingua valet pꝛomere donec vite victoꝛia cōmutet hec moꝛtalia. Qū deus eſt oīa vita virtus ſcīa. Victus veſtꝰ ⁊ cetera q̄ velle p̄t mens pia. Hoc in valle miſera meditet᷑ mens ſobꝛia. hoc ꝑ ſopoꝛē ſentiat hoc attēdat dū vigilat. Quo mūdi poſt exi/ lia coronet᷑ in patria ac in decoꝛis gl̄a regē laudet ꝑ ſecula. Haꝝ laudū ꝑconia imitat᷑ eccl̄a Dū recēſent annua ſanctoꝝ natalicia. Dū poſt pacta ꝑlia digna reddunt᷑ p̄mia. Pꝛo paſſione roſea. ꝑ caſtitate can dida. datur ⁊ toꝛques aurea ꝑ doctrina catholica. Qua ꝑfulget auguſtinus in ſummi regis curia. Cuius libꝛoꝝ copia fides firmat᷑ vnica. Hinc ⁊ ma

ter eccleſia vitat errorum deuia Cuius ſequi veſti
gia ac predicare dogmata Fide recta ⁊ feruida det
nobis mater gratia

¶ Hermonia grecū nomen latine cōcordia vel concentus ¶ Sabbatum he
braice dicitur requies. ⁊ poteſt accipi pro feſto die ¶ Frequētare eſt frequēter
vti vel frequēter adire. vt frequento ſcholā vel forū ¶ Curia eſt ꝓprie domus
conſilij Etiam eſt progenies vel familia Vn̄ curialis id eſt contribulis
¶ Patria eſt locus natiuitatis Improprie ponitur pro regione vel ꝓuincia.
¶ Dulcor id eſt dulcedo ¶ Meror id eſt meſticia vel interna triſticia ¶ Affi
cere eſt affectionem aliquā inferre vt afficio te gaudio. ioannes affecit me tri-
ſticia ⁊c̄. Inficere eſt immutare qualitatem rei. vt fetor inficit aera. ¶ Impe-
to ſcꝫ in malum peto vel impetū facio ¶ Turbo eſt turbatio vel volubilitas
et cōmotio venti ¶ Preconium eſt promulgatio vel clamor. ¶ Imitari eſt ſe-
qui mores alteri⁹ ¶ Natalis vel natale dicitur dies natiuitatis. Inde natali
tius a um id eſt pertinens ad natalem. Et ſubſtantiuatur in neutro genere
pro natali ¶ Hic torquis vel hec torques eſt ornamentum ex auro vel argen
to contortum ¶ Catholicus id eſt vniuerſalis. ⁊ eſt grecum nomen
¶ Dogma non ſcꝫ doctrinam. ſed modum viuendi vel ſtatutum

In decollatione ioannis baptiſte

P Pſallite regi nr̄o pſallite pſallite pſallite pru
dēter. Nā pſalteriū eſt iocundū cū cythara.
Nato virginis quo pſallēs natus ſterilis. Cytha-
rā carnis ꝑcuſſit in domo dn̄i. Dū qđ ſonabat cla-
mādo docuit viuēdo. Preparans chriſto plebē per
fectā ioānes vox clamātis in deſerto. Sed hec vox
impiū herodē quē corripit minime corrigit Haud
tn̄ tacuit ſcꝫ aduſqꝫ ſanguinē ſceleri reſtitit. Nō licꝫ
inquit te fratris tui habere ꝯiugē raptā ſibi. pecca
ſti quieſce. penitētib⁹ ſic p̄cepit dn̄s. Vocē incantā
tis ſapiēter herodis vt aſpis ſurda ſp̄nit. vt iuſtū
vt ſcm̄ ioannē timet quē vinxit in carcere. Sedet ī
tenebris lucerna lucis amicus oīpotētis. Studet
delicijs mūdi p̄ncipis filius ꝑditionis. Meretrix
ſuadet. puella ſaltat. rex iubet. ſcūs decollat̄. Dat
rex ſaltāti caput ioānis q̇ ſcūs anteq̄ꝫ fit natus En

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

q̄uo perit iuſtus quaſi nō eſſet deo dilectus. Cum
ſit eius precioſa mors hec in ꝯſpectu domini. Nos
corde percipimus qualis ac quantus eſt. quia vici
nus dignitate chriſto fit ꝛ morte. Nam morte tur-
piſſima damnatur ſponſus ſponſi ꝛ amicum dam
nāt morte recte turpiſſima. Carcere carnis ductū
quem ferunt pſallendo celis angeli angelum. Et
nos in terris tibi pſallere fac chriſte in memoriam
baptiſte. Herodis ſpreta quo mēſa altaris tui mē-
ſa ipſum te dum ſumimus ſemꝑ tibi pſallamus

¶ Pſallo eſt verbum grecum ſignificans latine ludo in muſicis inſtrumētis
Inde pſaltes id eſt organiſta vel cythariſta. Et pſaltria dicitur talis mulier.
Pſalterium eſt inſtrumentum quoddam muſicum Pſalmus eſt carmen lyri
cum Pſalmiſta qui facit pſalmos vt dauid. ¶ Corrigo ſignificat emendo.
Terentius Si quid peccatum eſt id arte vt corrigas. Corripio autem ſigni-
cat arguo. ꝛ quandoq̧ velociter accipio Virgilius Celereſq̧ ſagittas corri-
puit. Vtroq̧ modo bene dicitur ſcilicet non licet te habere. ꝛ tibi habere
¶ Aſpis eſt ſpecies ſerpentis que cum audit incantatorem aures obſtruit.
vnam terre applicans in alteram vero caudam torquens
¶ Lucerna eſt lumen in laterna concluſum ¶ Saltare eſt quod vulgus cori
zare dicit ¶ Meretrix ſuadet ꝛc̄. In hoc verſu eſt color rhetoricus qui dicitur
diſſolutio. quia clauſule carent cōiunctionibus. Eſt ꝛ alius color. ſcilicet bre
uitas. nam tota decollationis ioannis hiſtoria quam breuiſſime narratur
¶ Vicinus a vico dicitur. ſcilicet in eodem vico habitans Nam vicus eſt cō-
iuncta multitudo domorum ſiue in vrbe ſiue foris. ¶ Carcer dicitur omnis
locus in quo aliquis includitur a coercendo Virgilius Eolus et clauſo ven-
torum carcere regnet. ¶ Altare vel altar vel altarium indifferenter dicimus
et fit a nomine altus. quia alto loco ſunt altaria ¶ Ferunt celis id eſt ad celos
Virgilius It clamor celo ¶ Menſa herodis. hic intelligitur conuiuiū ma
lignum quale fuit conuiuium herodis in quo iuſtus occiſus eſt

In natiuita te Marie.

Stirpe maria regia procreata regem gene-
rans iheſum. Laude digna angelorum ſan-
ctorum Et nos peccatores tibi deuotos intuere be-
nigna. Tu pios patrum mores oſtentas in te ſed

excellis eoſdem. Patris tui ſalomonis in te lucet ſophia. Et ezechie apud deum correctum ſed nun q̃ in te corrumpendum. Patris ioſie adimpleuit te religioſitas. Summi etiam patriarche te fides totam poſſedit patris tui. Sed quid nos iſtos re‑ cenſemus heroas. Cu; tuus natus omnes precel‑ lat illos atq; cunctos per orbem. Nos hac die tibi gregatos ſerua virgo in lucem mundi qua prodi ſti paritura celorum lumen

¶ Stirps proprie eſt truncus aut radix. ⁊ ita ſepius ponitur maſculini gene ris. Etiam ſignificat progeniem. ⁊ ſic eſt femini generis. Virgilius Heu ſtir pem inuiſam

¶ Intuere penultima correpta legendum eſt. quia eſt imperatiuus ab intu‑ or. cuius infinitiuus eſt intui. licet tuor faciat tueri ſm grammaticos.

¶ Sophia grece ſapientia latine. habet penultimam breuem

¶ Ezechias rex hieruſalem. primo valde bonus fuit. ſed poſtea deprauatus

¶ Ioſias fuit optimus rex hieruſalem ⁊ religioſus

¶ Heros grece dicitur magnus princeps. genitiuo herois. accuſatiuo heroa et accuſatiuo plurali heroas habet ſemp o producta. Baptiſta mantuanus. Efficies herois erat qui fortibus armis Statius Gaudentes heroa ferunt Virgilius Delectos heroas erunt etiam altera bella

¶ Prodire ſignificat procedere a pro et eo Ouidius Prodit anus diuamq; videt.

In exaltatione ſancte crucis.

Laudes crucis attolamus nos qui crucis ex ultamus ſpeciali gloria Dulce melos tāgat celos dulce lignum dulci dignum credimus melo dia. Voci vita non diſcordet dum vox vitam nō re mordet dulcis eſt ſimphonia. Serui crucis crucez laudent qui per crucē ſibi gaudēt vite dari mune ra. Dicāt omnes ⁊ dicant ſinguli aue ſalus totius

ſeculi arbor ſalutifera. O q̄ felix q̄ꝫ p̄clara fuit hec
ſalutis ara rubēs agni ſanguine. Agni ſine macu
la q̇ mūdauit ſcl̄a ab antiq̄ crimine. Hec ē ſcala pctō
rū ꝑ quā chriſt⁹ rex celoꝝ ad ſe traxit oīa Forma cu
ius h̄ oñdit q̄ terraꝝ ꝯprehēdit q̄ttuor ꝯfinia. Non
ſunt noua ſacramēta nec recēter ē inuēta cruc⁹ hec
religio Iſta dulces aq̄s fecit ꝑ quā ſilex aquas iecit
mopſi officio. Nulla ſalus ē in domo niſi cruce mu
nit hō ſupliminaria Neqꝫ ſenſit gladiū nec amiſit
filiū q̇ſquis egit talia. Ligna legēs ī ſarepta. ſpem
ſalutis ē adepta paup muliercula. Sine lingnis
fidei nec lechitus olei valet nec farinula Romana
ues vniuerſas in ꝓfundū vidit merſas vna cum
maxētio. Fuſi thraces ceſi ꝑ ſe ſed ⁊ ꝑtis dux aduer
ſe victus ab eraclio. In ſcripturis ſub figuris iſta
latēt ſed nō patēt crucis bn̄ficia. Reges credūt ho
ſtes cedūt ſola cruce chriſto duce vn⁹ fugat millia.
Iſta ſuos fortiores ſꝑ facit et victores. morbos ſa
nat ⁊ languores rep̄mit demonia. Dat captiuis li
bertatē. vite ꝯfert nouitatē ad antiquā dignitatē
crux reduxit oīa. O crux lignū triūphale vera mū
di ſal⁹ vale inter ligna nullū tale fronde flore ger
mīe. Medicina chriſtiana ſalua ſonos egros ſana
qđ nō valet vis hūana fit in tuo nomīe. Aſſiſtētes
crucis laudi ꝯſecrator crucis audi atqꝫ ſeruos tue
crucis poſt hāc vitā vere lucis tranſfer ad palacia.
Quos tormēto vis ſeruire fac tormēta nō ſētire ſꝫ
cū dies erit ire nob̄ ꝯfer et largire ſēpiēna gaudia

¶ Crux olim erat pro patibulo quod nunc exoleuit reuerentia crucis chriſti. Horatius Non hoīem occidi. non paſces in cruce coruos. Capitur etiā pro pena Inde cruciare id eſt punire ¶ Melodia eſt dulcis cantus ¶ Sympho

nia i correpta dicitur latine conſonantia vel concentus. Horatius. Ut gra/
tes inter menſas ſymphonia diſcors Dicant omnes ſcʒ vna vel ſimul ⁊ ſin
guli id eſt quiſqꝫ per ſe et ſeparatim. ¶ Ara prima producta ⁊ ſine aſperatione
ſcat altare. ſed prima correpta ⁊ cum aſperatione ſcat ſtabulū pecoruʒ. Oui
dius Tercius immunde cura fidelis hare. ¶ Scala numero ſingulari eſt qđ
vulgus gradum dicit. Sed ſcale pluraliter ſunt quibus ſcandūtur arbores
aut muri Nam ſcala immobilis eſt. ſcala vero portantur ¶ Moyſes in deſer
to aquas immiſſo ligno dulcorauit. ligno etiam de petra aquam produxit ꝑ
quod lignū ſancta crux ſignificata fuit ¶ Superliminare eſt ſuperius limen
aut lignum ſupra ianuam ¶ Sarepta fuit oppidum ſidonioꝝ ad quod veni/
ens helias a paupere vidua ſuſtentatus ipſam quoqꝫ ſuſtētauit ¶ Lechitus
media correpta eſt vaſculum. ¶ Thraces ſunt populus ſcythicus circa con/
ſtantinopolim ¶ Perſe ſunt populi in aſia maiori non procul a veteri babilo/
ne ¶ Maxentius fuit tirannus quem conſtantinus virtute crucis ſupauit
¶ Eraclius fuit imperator qui virtute crucis ſuperauit coſdroen regem par/
ſarum ¶ Uale licet proprie ſit ſalutatio diſcedentium vel ad diſcedentes. ta/
men hic pro ſalue vel aue accipitur cauſa rithmi. ¶ Sanus dicitur qui bene
valet aut corpore aut mente. Unde veſanus vel inſanus dicitur qui mēte ca/
ptus eſt ¶ Eger dicitur qui aut corpore aut animo minus valet vnde accipi
tur pro triſti Uirgilius Protinus eger ago ¶ Tormentū a torqueo quādoqꝫ
penam ſcat. q̄nqꝫ inſtrumentū bellicum quo torquentur. i. iaciuntur lapides
aut ſagitte Ouidius Mittit in euboicas tormento fortius vndas

Summi regis archā ¶ Michaelis archāge.
gele michael. Intēde q̄ſumus noſtris ꝑcib⁹.
Te nāqꝫ ꝓfitemur eſſe ſupnoꝝ ciuiū principē. Tu
deū obſecra ꝓ nobis vt mittat auxiliū miſerꝭ Prin
cipalis eſt ptās a dn̄o tibi data peccātes ſaluificare
aīas. Idē tenes ꝑpetui potentiā padiſi oēs ciues
te adorāt ſuperi. Tu in tēplo dei thuribulū aureū
viſus es habuiſſe manibus. Inde ſcandēs vapor
aromate plurimo ꝑuenit añ ꝯſpectū dei. Qñ cum
dracone magnū ꝓfeciſti ꝑliū faucib⁹ illi⁹ aīas erui
ſti plurimas. Hinc maximū agebat in celo ſilētiū
millia milliū dicebāt ſalus regi dn̄o. Audi nos mi
chael angele ſumme tu palā deſcende de poli ſede
nobis ferēdo opē dn̄i atqꝫ leuamē indulgētie Tu
noſtros gabriel hoſtes ꝯterne. tu raphael egris
affer medelam morbos abſterge. noxas dilue.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

noſq3 fac intereſſe gaudiis beatorum.

¶ Archos grece princeps latine Archangelus id eſt princeps angeloꝝ Angelus autem grece. nuncius latine interpretatur ¶ Michael interp̄tatur q̇s vt deus ¶ Profiteri eſt aperte fateri. Unde profeſſores artium dicuntur qui aperte fatentur ſe artes illas ſcire ¶ Thuribulum eſt vaſculum in quo thus crematur ¶ Vapor eſt fumus ¶ Aroma grece odoramentum latine

¶ Silentium eſt quies cum nullus fit ſtrepitus. Taciturnitas vero cuz nullus fit ſermo ¶ Sedes non eſt ſedile. ſed locus Virgilius. Tendimus in latium ſedes vbi fata quietas oſtendunt ¶ Medela id eſt medicina

¶ Noxa dicitur culpa Terentius Sum extra noxam. Inde noxius a um. i. nocens vel culpabilis

Gereonis et victoris

Maieſtati ſacroſancte militās cū triumphante iubilet eccl'a De triūpho thebeoꝝ ⁊ ſalute peccatoꝝ p hoꝝ ſuffragia. Hi ſunt viri teſtamēti q̄ ruinā detrimēti reperāt angelici. Viri fortes veri dauid quib⁹ hoſtes expugnauit carnē mundū demonē. Ciues domus pharaonis ciuitatez viſionis viſitāt ⁊ pſulem. A quo ſacri catheciſmi ſacramētis ⁊ baptiſmi imbuunt gratia. Rhome fide cōfirmati caſtra mouent comitati romanoꝝ aquilas Diis pphanis immolari iubet ceſar ⁊ vocari thebeorum agmina. Sed thebei viri dei que ſunt dei reddunt ei. ceſari que ceſariꝫ. His viritim decimati ſumme libant maieſtati decimaꝝ decimā. Demuz cunctis immolatis in odorē ſuauitatis differuntur aliqui Qui in ptes diſtributi. diſtributi ſunt ſaluti plurium fidelium. In verona agrippina ⁊ in tropa loca trina cōſecrant martirio. Holocauſtū partiale nulla tū ſine ſale federis oblatio. Cū trecētis ⁊ bis nonis ſignat comes gereonis abrahe victoriaz. His quindenis ⁊ tercentū duplex victor teſtamentū et crucis myſteriū. Pius caſſius cū ſeptenis ſeptiformis dono plenis dono ſancti pneumatis. Ieſu bo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

ne cuius dona noſtra bona qui corona es tuoꝝ mi
litū Hac patrona legione nos in bonis ſumme bo
ne loca potioribꝰ. Vbi patris vbi tui et amoris ſa
cri frui mereamur gloria Amen

¶ Militans eccl'a eſt multitudo chriſtianoꝝ in hoc ſeculo. Triumphans ec
cleſia eſt multitudo celeſtiū ¶ Thebe huius thebes fuit grandis vrbs in egy
pto. vnde thebei dicti ſunt. Thebe arum vrbs erat in grecia. vnde thebani
¶ Hieruſalem interp̄tatur viſio pacis ¶ Cathecismus eſt inſtructio vel do
ctrina ¶ Caſtra ſunt tentoria militum vel ipſi milites ¶ Aquile erant princi
palia ſigna aut vexilla romanoꝝ. vnde pro vexillis accipimus. Lucanus ro
manas aquilas alium laturus in orbē ¶ Viritim. i. ꝑ ſingulos viros. Tulli
us. Agrum gallicum viritim diuidenti ꝛc̄. ¶ Decimare eſt dare decimas.
Decime ſunt rerum decime ptes ¶ Verona eſt clara vrbs venetie. ſed hic bō
nam circa coloniā accipimus ¶ Colonia agrippina dicitur ꝙ ab agripps p̄n
cipe condita temporibus auguſti ¶ Troia intelligitur hic ciuitas xantus. cui
nomen dedit xantus fluuius troianus ¶ Holocauſtum dr̄ oblatio que tota
conburebatur. nā holos grece dr̄ totus. cauſtū vero vſtum ſcat Vnde encau
ſtum. i. muſtum ¶ Abrahā cum trecentis ꝛ octodecim famulis ad bellū pro
fectus ſuperauit quinqꝫ reges gentiles. qui loth nepotem ſuū ꝛ alios multos
abduxerant captiuos. Tot etiam comites aut ſocios habuit ſanctus gereon
Sanctus aūt victor habuit ſocios ccc. xxx. ꝛc̄.

¶ Vndecim millium virginum.

Virginalis turma ſexus ieſu chriſti q̄ ꝯnexus
dono ſentis grē. Flos cādoris tui rubet truci
dari dū te iubet tortor pudicicie Britannoꝝ inſule
rector p̄r vrſule deo notꝰ claruit. Hāc conanꝰ virgi
nē ꝓpter pulchritudinē pareꝛ thori voluit Procos
mittit ꝛ p̄catur minis terret ſi ſpernat̓ ſibi poſcēs
vrſulam. Pater eius iam baptiſmi fonte lotus pa
ganiſmi prorſus vitat copulā. Interim vrſula chri
ſti diſcipula docta per ſomniū. Statuit nuptias q̄
rens inducias trimatus ſpacium. Vice dotis con
iugij regine votis habiles dato ſumptu nauigij
coeue dantur nobiles. Vndena demū millia ſpon
te tranſmittit virginū ducūt naues per maria cu
ram ſpernentes hominū Aura flante lenius diſce
dunt a littore huc illuc ſepius plano ludūt equore

Hinc manus feminea rexit dante domino naues quas baſilea breui vidit termino. Relictis nauib⁹ ordinant acies ventis ac eſtibus exponunt facies et rhomã adeunt. Per monaſteria fundentes lachrymas trahunt ſuſpiria commendant animas ſanctis ⁊ redeunt. Quã in portu reliquerunt claſſem ſimul inuenerunt clarũ flumen ⁊ amenũ nauigantes intrant renũ per dei clementiã. Hinc ad locum paſſionis duxit eas dux agonis florem ſue iuuentutis paruipendunt ſpe ſalutis eũtes coloniã. O felix colonia. iuxta cuius menia barbarorũ rabies Enſes thela frameas cultros in virgineas cruentauit acies. Feliciora virginum cõnubia tot millium agnũq; ſine macula duce ſequuntur vrſula. Quarũ orationibus felices cum felicibus pace fruamur redula per ſeculorum ſecula.

¶ Turma proprie eſt numerus triginta equitum. dicta quaſi terma. Sꝫ improprie ponitur pro omni multitudine ¶ Trucido i producta ſcꝫ id qđ occido. Virgilius. Fit via vi rumpunt aditus primoſq; trucidant. ¶ Britanni ſunt quos anglos vocamus Virgilius Et penitus toto diuiſos orbe britannos ¶ Procus dicitur qui petit vxorem. Inde procari teuthonice vryen ¶ Paganiſmus dicitur mos pagani. ſicut iudaiſmus mos iudeorum. chriſtianiſſimus mos chriſtianoꝝ. ¶ Inducie ſunt ceſſationes vel expectationes ſed proprie in bellis ¶ Trimatus id eſt tempus triũ annoꝝ. ſicut bimatus dicitur tempus duorum annoꝝ ¶ Aura eſt ventus. ponitur pro ſplendore et ꝓ fauore ¶ Equor ab equalitate dicitur. ⁊ non ſolum ſcꝫ mare ſed etiã quãdoq; campũ Virgilius At prius ignotum ferro q̃ ſcindimus equor Hinc equoreus a um ¶ Baſilea e producta eſt vrbs ſuperioris germanie. ⁊ eſt nomẽ grecum. quod latine ſonat regnum vel regina ¶ Eſtus dicitur nimius calor. ¶ Monaſterium een cloeſter. a nomine greco monaſtes quod eſt idẽ quod monachus ¶ Agon. i. pugna vel certamẽ ¶ Colonia dicitur ciuitas in quã bellis aut cladibus exhauſtam noui coloni mittuntur. vt florentia eſt colonia romanoꝝ ⁊ alie multe ¶ Framea eſt magna haſta. licet alij putent eſſe gladiũ ¶ Cruentare eſt facere cruentũ. vnde male dicitur ipſe cruentat. pro ipſe manat cruore. Nam cruentare eſt verbũ tranſitiuum. vt ipſe cruentauit me

In feſto omnium ſanctorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

Omnes ſancti ſeraphin cherubin throni q̃ȝ dñationeſq̃ȝ. Principatus. ptãtes. virtutes Archãgeli angeli vos decet laus ⁊ honores. Ordines nouem ſpirituũ btõꝝ. Quos in dei laudib⁹ firmauit charitas. Nos fragiles hoĩes firmate p̃cib⁹ Ut ſpiritales prauitates veſtro iuuamine vincẽtes fortiter. Nũc ⁊ in euũ veſtris ſimus digni ſolẽnib⁹ intereſſe ſacris. Uos q̃s dei gr̃a vincere terrea Et angelis ſocios fecit eẽ polo Uos patriarche. ꝓphe apl̃i martyres. ꝯfeſſores. monachi. virgines Et viduarũ ſanctaꝝ oĩmq̃ȝ placentiũ ꝗ̃s ſup̃mo dño. Nos adiutoriũ. Nũc et penniter. Foueat ꝓtegat. vt veſtrũ in die poſcimus gaudioꝝ veſtrorum

¶ Nouem ſunt angeloꝝ chori. quoꝝ ſummus eſt ſeraphin. deinde cherubin et ſic vlterius vt hic ponuntur. Seraphin interpretatur ardentes ſcilicet in amore dei. Cherubin lucentes. ſcilicet in ſcientia diuina. Et iſta duo ſunt hebrea nomina pluralis numeri. Throni interpretatur ſedes Uirtutes dicuntur angeli facientes miracula ¶ Solemnibus hic legendum eſt non ſolẽnijs Nam in ntõ ſingulari dicitur ſolenne. licet magis in vſu ſit numero plurali ¶ Patriarche dicuntur primi vel maximi patres. vt abrahã iſaac iacob. ¶ Monachos grece. latine vnicus vel ſolitarius. ¶ Populus eſt hic vocatiui caſus. vt apud Lucanum. Degener o populus.

Sacerdotẽ chriſti martinũ cũcta p orbẽ canat eccl'a pac̷ catholice Atq̃ȝ illi⁹ nomiẽ oĩs heretic⁹ fugiat pallid⁹. Pãnonia letet genitrix talis filij Italia exultet alitrix tãti iuuenis Et gallie trina diuiſio ſacro certet litigio cuius eẽ debeat pſul. Et pariter habere ſe patrẽ oẽs gaudeãt turoni ſoli eius corp⁹ foueãt. Hinc frãcorũ atq̃ȝ germanie oĩs plebs plaudat. Quib⁹ videdũ inuerit dñm in ſua veſte. Hic celebris ẽ egypti partib⁹ grecie cũctis quoq̃ȝ ſapientib⁹. Qui impares ſe martini merit̷ ſentiũt atq̃ȝ eius medicaini

In obitu ſci martini

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

ni. Nam febres ſedat demoneſq̧ fugit. paralitica membra glutinat. Et mortuorum ſuā prece triū reddit corpa vite priſtine. Hic ritus ſacrilegos de/ſtruit ad chriſti gloriam dat ignibus idolā. Hic nudis myſteria brachijs conficiens preditus eſt cele/ſti lumine. Hic oculis ac manibus in celum ⁊ totis viribus ſuſpenſus terrena cūcta reſpuit Eius ori nunq̄ chriſtus abfuit ſiue iuſticia vel q̄cquid ad veram vitam pertinet. Igitur te cuncti poſcimus o martine qui multa mira hic oſtēdiſti. Etiam de celo gratiam chriſti nobis ſupplicatu tuo ſemper infundas.

¶ Sacerdos dicitur qui deo dicatus eſt ad ſacra facienda. Et ſepe ponitur pro epiſcopo vt hic. Item pro ſanctimoniali femina. ¶ Canere hic ſignificat laudare Virgilius Regemq̧ canebāt ¶ Aereſis grece dicitur latine opinio vel ſecta Inde aereticus qui malam tenet opinionem de fide noſtra

¶ Pannonia duplex eſt. ſcȝ ſuperior que eſt auſtria ⁊ inferior que eſt vngaria

¶ Gallia triplex eſt vt ait ceſar in commentarijs. ſcilicet belgica. celtica ⁊ aq̄/tania. belgia eſt a brabantia vſq̧ pariſios. Inde eſt celtica vſq̧ ad aquitaniā.

¶ Turo eſt vrbs metropolis biturigū in gallia celtica cui ſubſunt vndecim ſuffraganei qui maxime ſunt in ducatu britannie huius vrbis epiſcopus fuit ſanctus martinus

¶ Sedare eſt facere ſedere vel quietum facere

¶ Gluten eſt viſcus. lym Inde glutinare coniungere

¶ Sacrilegus quaſi ſacra legens. id eſt furans. ⁊ ponitur ꝑ impio ⁊ infideli.

¶ Ritus id eſt mos

¶ Suſpenſus quandoq̧ ſignificat ghehanghen. Quādoq̧ eleuatus. vt hic Quandoq̧ eſt idem q̄ dubius. Virgilius. Dicam equidem nec te ſuſpēſum nate tenebo

De ſancto Lebuino

Lebuine confeſſorum precellens flos qui po/lorum regna ſcandis ardua. Linquens orbē validorum cor plenum portaſti morum tu pandis miracula. Domini voces audiſti trāſi mare leges chriſti reſera ſaxonib⁹ Alme pater ſic feciſti iuſſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

traiecto tuliſti. verba dum gregorius. Preſul no
uit lebuinum ſeruum direxit diuinum huc toto
conamine. Populus cis pſiam credēs deitati mox
accedens ſeruit perſone trine. Numini templum
fundatur q wilpen cōuocitatur fecit hoc gens cre
dula. Sanctus viciosos mundat baptiſatis pro/
miſſum dat cluit dia gratia. Huc tranſit confeſſor
gratus. patria gaudet vexatus. dauentren credit
pia. Plaſmatori terrenorum qui iuſtis ſua celorum
dat preclara gaudia. lebuinus vir ſenſatus. pru
dens. mitis et beatus ſigna fecit plurima Diffidē
tes ſuperauit quorum mentes permutauit p ver
ba ſalubria. Sepe turbe conuenerunt generale
dum fecerunt pariter conſilium. Illic preſbyter
tranſiuit hunc leſiſſent ſed abiuit reliquitq popu
lum. Tandem illeſus meauit nam que rex ipſum
ſaluauit cordis nocens condita. Fiet queuis caro
cinis viua venit cito finis. de dulci migrat vita.
Christi nomine formauit oraculum plebs quo lo
cauit valde corpus nobile Confeſſoris lebuini nos
conducat recto fini rex plenus dulcedine. Preces
funda cunctis horis genitrici ſaluatori qui penas
ſumpſit duras. Crimina quod tollat ver9 plaſma
tor validus herus diſponat mentes puras.

¶ Cello verbum inuſitatum ſignificat id quod cedo Inde excello id eſt exce
do. et precello id eſt precedo

¶ Validus id eſt fortis. ſed hic pro viuus accipit Inde validus. i. infirmus.

¶ Pandere eſt aperire Virgilius Vrbē alij reſerare iubēt ⁊ pandere portas

¶ Traijcere eſt tranſferre per fluuium. Inde traiectus dicitur locus vbi, ho/
mines ⁊ queuncq res traijciuntur. teuthonice een veer. Ex hoc etiā vrbs tra
iectum denominata creditur

¶ Cis ⁊ citra ſcant ab parte hac vel ppe. ſed cis iūgitur nominib9 proprijs
vt cis renum. citra vero appellatiuis ¶ Vitioſus id eſt defectuoſus

¶ Diffido id eſt non fido vel nō credo. Quidius Diffidunt monitis ⁊c. ¶ Preſbyteros grece dicitur ſenioꝛ latine. Jn̄ preſbyter ¶ Meare eſt tranſire. Jnde meatus id eſt tranſitus ¶ Migrare eſt mutare habitationē vel alio proficiſci cauſa habitandi Unde ⁊ moriens migrare dicitur ¶ Oraculū ponitur hic pro oratoꝛio. cum oraculum proprie ſit diuina vox ¶ Herus eſt dominus. ⁊ hera id eſt domina. Jtem herilis id eſt dominicus

¶ De ſancta Elizabet.

Gaude ſpon q̄d egreſſus a te decoꝛ ⁊ depreſſus tui fulgoꝛ ſpeculi. Rediuiua luce redit o et alpha q̄d accedit iā in fine ſeculi. Poma ꝑma primitiuos deus ſcōs adhuc viuos vidit in cacumine. Vt extremos addat ꝑmis quāuis ſtātes nos in imis ſuo viſit lumine. Sꝛ ꝑ multis te reſpexit odoꝛ tu⁹ hunc allexit ⁊ ſapoꝛ ⁊ puritas. Vt de regū ramis nata iuſte vere ſis vocata tu dei ſaturitas. Gaudēt aſtra matutina q̄d in hoꝛa veſptina ortu noui ſideris. Celi ſid⁹ illuſtrat᷑ in quo terre deſignat᷑ noui ſignū federis. Vere ſidus tu ꝑclarū quod a ſole differt parū ⁊ luna lucidius. Tu q̄d ſole ſis amicta carne ꝓbat hic relicta lucis tue radi⁹. O q̄ꝫ dignis luces ſignis vaſa rapis a malignis poſſeſſa demoniꝫs. Lepre mūdās labe tactos claudos ponis ⁊ cōtractos in pedū officiꝫs. Q̄d negatuꝛ eſt nature tu virtutis agis iure ⁊ potes ex gratia. Vita functos tu reducis cecis reddis membꝛa lucis et mēbꝛoꝛū ſpacia. Eia mater nos agnoſce libꝛo vite nos depoſce cum electis inſeri. Vt conſoꝛtes tue ſoꝛtis ⁊ a penis et a poꝛtis eruamur inferi

¶ Syon accipitur hic pro eccleſia militāti. que olim decorata fuit multis ſanctis. qui decoꝛ diu perditus tandem rediꝫt per ſanctam elizabeth ¶ O et alphs dicitur chꝛiſtus id eſt finis ⁊ principium. Nam omega eſt vltima littera grecoꝝ. alpha vero prima ¶ Cacumen dicitur ſummitas. ¶ Jmus a um. id eſt profundus vel infimus ¶ Helyſabeth interpretatur dei mei ſaturitas. q̄d apte conuenit huic ſanctiſſime vidue ¶ Aſtra matutina dicuntur angeli. quo

nſam et pulcherrimi ſunt. ⁊ primo creati. ¶ Differre eſt habere differentiã. vt homo differt ab equo. Etiam ſcat protrahere. Lucanus. Tolle moras differre nocet. Item differre eſt percutere Plautus Iam ego te differam dictis meis impudice ¶ Dignus non eſt idem quod bonus vel honorabilis. ſed eſt idem quod meritus. Nam etiam de malo dicitur Virgilius O digno cõiuncta viro ꝛc. ¶ Cõtractus homo dicitur cuius nerui aruerunt. teuthonice die vercrompen is. ¶ Fungor vita id eſt viuo. functus ſum vita. id eſt vixi. id eſt mortuus ſum. ¶ Inſero ſignificat immitto vel indo. Etiam eſt melioris arboris ramum indere trunco alterius arboris Virgilius Inſere nunc melibee pyros.

¶ De ſancta Katherina.

Sanctiſſime virginis votiua feſta recolamus Venerantes hanc diem preclarã om̃es concinamus. Proferat hec contio laudes et deuotio ſit ſincera. Concrepet organicis modulis et canticis laude digna. Hanc fuiſſe filiam coſti regis vnicã tradunt ſcripta. Annis puerilibus artibus ſophiſticis fuit clara. Turbam philoſophicam vicit et rhetoricam diſputãdo. Hinc regina credidit deos vanos reſpuit venerari. Fit penalis machina pereunt ac millia dum rotatur agmina paganorũ. Mox priuatur capite aſſunt turbe celice ſepelitur debite monte ſyna Ora pro populo precare pro clero martyr chriſti katherina. Aſtantem populum precantem te clerum foue rege per ſecula.

¶ Votiuus id eſt deſiderabilis. vel ad votum ptinens. ¶ Proferre eſt oſtendere Iuuenalis Profer galla caput. Etiam ſignificat producere. vt hoc loco ¶ Concio eſt conuocatio vel multitudo hominum Concionari eſt ad populum facere verbum ¶ Sophiſtes grece dicitur ſapiẽs diſputator. Unde ars ſophiſtica dicitur ars diſputandi ¶ Rotare eſt voluere ad modum rote. Catherina tamen non fuit rotata. ſed fuiſſet rotata niſi dominus machinã diſſipaſſet. in qua diſſipatione multi pagani perierunt ¶ Syna vel ſynai eſt altus mons in deſerto arabie vbi dominus moyſi precepta dedit

¶ De ſancto Andrea

Deus in tua virtute ſanctus andreas gaudet et letat̃ eadẽ comitatus. Piſcatio nati tui ipſe

primū factus piſcator populoꝝ. Mirmidones ido
latras diu fluctiuagos rete cepit fidei. Js legibus
achaiā tuis deus victor illius ſubiugauit. Et tro
pheū chriſti tui fixit ibi bonū ſe oſtētans militem.
Miraculis virtutibꝰ doctrinis q̄cunqꝫ q̄ſita ſpolia
tibi o rex attulit. Atqꝫ ſuo cruore triūphi inſcripſit
titulos tui regum dn̄e Iſtū crucis ſociū ⁊ regni cre
dimus. Chriſti filij tui atqꝫ fraterculū Nos igitur
peccatis noſtris grauati te deus poſcimus. Vt illi
us qui tua ſemꝑ ſectatus precepta tibi placēt Nos
interceſſione tuearis ineternum

¶ Gaudere eſt intus. letari autē foris ¶ Sanctus andreas fuit primus a chri/ſto vocatus ad apoſtolatum ¶ Myrmidones ſunt quidam populi grecie in nominatiuo ſingulari dicitur myrmido i correpta ¶ Achaia eſt magna regio grecie inter duo maria. ſcꝫ egeuꝫ ⁊ ioniū ſita. alio nomine peloponneſus ⁊ danaa. nunc morea vocatur ¶ Tropheum eſt ſignum victorie. vnde tropheum chriſti crux eſt Triūphus autem eſt magnus honor qui exhibetur victori re/uertenti de prelio ¶ Titulus eſt index cuiuſcꝫ operis. ſcꝫ quod ſcribitur in ſtatuis vel in principio libri. Ponitur etiam pro monumento. aut pro laude vel ornamento ¶ Sector aris id eſt ſequor. ⁊ eſt frequentatiuum a ſequor

¶ In dedicatione eccleſie

Pſallat eccl'a mater illibata et v̄go ſine ruga
honorē huius eccl'e Hec domus aule celeſtis
probatꝰ ꝑticeps. In laude regis celoꝝ ⁊ cerimonijs
Et lumine cōtinuo emulans ciuitatē ſine tenebꝛ.
Et corꝑa in gremio cōfouens aīmaꝝ que in celo vi
uūt. Quā dextera ꝓtegat dei. Ad laudē ipſius diu
Hic nouā ꝓlē gr̄a ꝑturit fecunda ſpū ſcō. Angeli ci
ues viſitāt hic ſuos ⁊ corpus ſumitur ieſu. Fugiūt
vniuerſa corꝑis nocua. Pereūt peccatricis aīe cri
mina. Hic vox leticie ꝑſonat. Hic pax et gaudia re
dūdant. Hac domo trinitati laus ⁊ glīa ſꝑ reſultāt.

¶ Eccleſia grece. latine cetus vel concio. Igitur eccleſia eſt multitudo fideli/um. ⁊ ita capitur in principio huius ſequentie. Accipitur etiam vulgo ꝓ tem/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

plo. ⁊ ſic ponitur in fine huius verſus. ¶ Illibatus dicitur integer ⁊ incorru
ptus ¶ Ruga een rymp. Inde rugoſus id eſt plenus rugis. ¶ Cerimonie ſtꝫ
ſacrificia Inde cerimoniari id eſt ſacrificare. ¶ Parturio id eſt cupio parere.
ſed pro pario ſepe accipitur. ¶ Unda eſt fluctus Undare id eſt fluere. Abun
dare id eſt ſuperfluere. Redundare iterum vndare vel abundare

De apoſtolis

Clare ſanctoꝝ ſenatus apoſtoloꝝ princeps or
bis terraꝝ rectorqꝫ regnoꝝ. Eccleſiaꝝ mores
et vitam moderare. Que per doctrinā tuam fide
les ſunt vbiqꝫ. Anthiochus et remus ꝯcedunt tibi
petre regni ſoliuꝫ. Tyrannidē tu paule alexandri
nam inuaſiſti greciā. Ethiopes horridos mathee
agnelli vellere. Qui maculas neſciat aliquas ve
ſtiſti cādido. Thoma bartholomee. ioānes philip
pe. ſimon iacobiqꝫ pariles. Andrea thadee dei bel
latores incliti. En vos oriēs ⁊ occidens imo teres
mūdi circulus ſe patres habere gaudet ⁊ expectat
iudices. Et idcirco mundus omnis laudes vobis
et honorem ſanctis debitū ſupplex impendit

¶ Senatus eſt congregatio ſenatorum. quod vulgus dicit conſiliuꝫ. teutho
nice die raet. Item ſenator een raetſman id eſt aliquis de ſenatu ¶ Modera
ri eſt regere. ⁊ iungitur nunc datiuo nunc accuſatiuo Horatius Qui nō mo
derabitur ire ⁊c. ¶ Anthiochus fuit rex ſyrie. cuius filius nomīe ſeleucus cō
didit in ſyria vrbem antiochiam ex nomine patris ſui. ¶ Remus erat frater
romuli qui ſimul romā condiderūt ¶ Tirannis ponitur hic pro regno. vt ſit
ordo ⁊ ſenſus O paule tu inuaſiſti greciā alexandrinaꝫ tyrannidē. i. regnum
alexandri magni qui primus regnauit in tota grecia.

De euangeliſtis.

Iocūdare plebs fidelis cuiꝰ pater ē in celis re
colēs ezechielis ꝓphete ꝓconia. Eſt ioannes teſtis
ipſi ſcribēs in apocalipſi vere vidi. vere ſcripſi ūa
teſtionia Circa thronū maieſtatꝭ cū ſpiritibꝰ beatꝭ
quattuor diuerſitatis aſtāt aīalia. Formā primuꝫ
aquilinā. et ſecundū leoninā. ſed humanā ⁊ boui
nā duo gerūt alia. Forme formāt figuraꝝ formas

euangeliſtaꝝ quoꝝ hymber doctrinaꝝ ſtillat in ec
cleſia. Hi ſunt marcus ⁊ matheꝰ lucas ⁊ quē zebe-
deus pater miſit tibi deꝰ dū laxaret retia. Formaꝫ
viri dāt matheo. qꝛ ſcripſit ſic de deo ſicut deſcendit
ab eo quē plaſmauit hoīem. Lucas bos ē in figura
vt pmōſtrat in ſcriptura hoſtiaꝝ tangēs iura legꝭ
ſub velamine. Marcus leo ꝑ deſertū clamans ru
git in apertū iter fiat deo certū mundū coꝛ a crimi
ne. Sed ioannes alabina charitatis aquilinā. for-
ma fert in diuina purioꝛi lumīe. Quattuoꝛ deſcri
būt iſti q̄driformes actus chriſti ⁊ figurāt vt audi-
ſti q̄ſqꝫ ſua foꝛmula. Natus hō declarat vitulus ſa
crificat. leo moꝛtē depdat ⁊ aſcēdit aquila. Ecce foꝛ-
ma beſtialis quā ſcriptura ꝓphetalis notat. ſꝫ ma-
terialis hec eſt impoſitio. Currūt rotis volāt alis.
viſus lux ē diſcretalis. rota ſenſus litteralis. ala cō
tēplatio. Paradyſus his rigat viret floret fecūdat
his abūdat his letat q̄ttuoꝛ fluminibꝰ. Fons ē chꝛi
ſtus hi ſunt riui. fons eſt altus hi ꝓcliui vt ſapoꝛeꝫ
fontis viui miniſtrēt fidelibꝰ. Hoꝝ riuo debꝛiatis
ſitis creſcat charitatis. vt de fonte pietatꝭ ſatiemur
plenius. Hoꝝ trahat nos doctrina vicioꝝ de ſenti
na ſicqꝫ ducat ad diuina ab imo ſuperius

¶ Euangeliſtes vel ta interpꝛetatur nunciatoꝛ boni vel ſcriptoꝛ euangelij
¶ Jucundus per u ſcribetur. quia fit a verbo iuuo. vt inquit Tullius. Hinc verbum iucundo id eſt facio iucundum. Ergo iucundoꝛ eſt paſſiuū ¶ Apocalypſis grece. reuelatio latine interpꝛetatur. Eſtqꝫ liber ſancti ioannis quem in exilio ſcripſit de reuelationibus diuinis. in quo etiā dicit de quattuoꝛ euangeliſtis. ſimiliter vt ezechiel pꝛopheta pꝛedixerat ¶ Omnia fere nomina animalium faciūt de ſe poſſeſſiua in inus. vt a bos bouinus. ab equus equinus. ab agnus agninus. a ſus ſuinus. Et de illis vlterius fiunt nomina in illus. vt bouillus ſuillus ouillus ⁊c. ¶ Bos eſt animal ſacrificijs aptū. Lucas aūt initio ſui euangelij ſcribit de ſacrificijs. ⁊ ideo per bouem figuratur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

¶ Rugire eſt vociferari. ꝛ eſt proprium leoni. Et quia marcus clamauit de
facienda penitentia. ideo per leonem ſignificatur Joānes aquila dicitur. vel
propter altitudinem ſcriptorum. vel propter geminam caritatem qua excel/
luit. vel ꝓpt intelligētie ſue claritatem. qꝛ aquila videt clariſſime Itē chriſtus
habet predictas quattuor formas. nam homo eſt natus. vitulus aut bos di/
citur. quia immolatus eſt pro nobis. leo dicitur quia ſurrexit a mortuis. ſicut
leo catulos ſuos fertur excitare. Aquila dicitur chriſtus in aſcenſione. quia aſ
cendit altiſſime ¶ Diſcretalis viſus id eſt diſcretio vel prudentia euangeliſta
rum. Eſt lux id eſt ſignificatur per lucem quam propheta videbat apud hec
animalia ¶ Quattuor ſunt flumina egredientia ex fonte paradyſi. ſ. phyſon.
nilus. eufrates. tigris. ꝑ que ſignificantur quattuor euangeliſte rigantes eccle
ſiam ¶ Debriare idem eſt quod inebriare vel implere ¶ Sentina eſt aqua fe
tida in fundo nauis. aut locus ille in quo fluit aqua nauis

De martyribus.

O Beata beatorum martyrū ſolēnia. O deuo
te recolenda uictorum certamina. Digni di/
gnis fulgent ſignis et florent virtutibus. Illos ſp
condecenter veneremur laudibꝰ Fide voto corde
toto adheſerūt dn̄o. Et inicti ſꝫ addicti atroci mar
tyrio. Carcerati trucidati pertulerunt plurima.
Igne leſi ferro ceſi tormentorum genera Dum ſic
torti cedunt morti carnis per interitum vt electi
ſunt adepti beatorum premia. Per contemptum
mundanorum et per bella fortia meruerunt an/
gelorum victores conſortia. Ergo facti coheredes
chriſto in celeſtibus Apud ipſum vota noſtra pro
mouete precibus. Vt poſt finem huius vite ꝛ poſt
trāſitoria. In perenni mereamur exultare gloria.

¶ Beatus dicitur qui omnia habet. ergo nemo eſt in hoc mundo beatus
¶ Martyr nomen grecum eſt quod latine teſtis interpretatur. ¶ Addicere
eſt adiudicare. vt ſupra in ſequentia Petre ſumme. Inde addictus id eſt ad/
iudicatus ¶ Atrox id eſt crudelis Atrocitas. crudelitas ¶ Cedunt morti id
eſt moriuntur. Nam cedimus illi a quo ſuperamur. ergo cedunt morti qui
ſuperantur a morte. ¶ Contemptus eſt contem[illegible] actio. ¶ Conſortium
eſt ſocietas vel participatio eiuſdem ſortis ¶ Pere[illegible] vel perennus id ē per
petuus quaſi per omnes annos. Et ſcribitur ſine h.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

¶ De confeſſoribus

Ad laudes ſaluatoris vt mēs incitetur humi
lis. Sentiat hunc diem iuſta de cauſa celebrē
Gaudeat et ſeſe ſic pia vota promere. Hodie celoꝝ
ſecreta petijt lux pontificum. vel confeſſorum. Iu
giter in choro ſanctorum ſplendens vt ſidus aure
um. Et gaudium angelis factum eſt ex aduentu
cōparis. Fuiſſe quē angelum domini cōſtat exerci
tuū Qui cuiq; ſuam tritici dans menſurā ad fidei
caulas cōgregans ouiculas lupi preuidit inſidias
Fidelis ⁊ prudens credita diſtribuens. ſic dedit ad
menſam domini pecuniā ut dignam faceret vſu
ram. Beatus hic ſeruus quē cum venerit dn̄s ita
inuenerit. Probatum in terra ſup omnia ſtatuet
illum in patria. Ad tanti patris gl̄am celebrandā
clerus cōcinat laudē dignā ⁊ populus letis reſpō
deat vocibus. Dicamus om̄es cernui tanto patri
iungat ſe ſuo grex paſtori ⁊ precibus fuſiſq; lachry
mis clamemus. Paſtor bone miſerere eccleſie tuiſ
q; precibus refoue. Cōfer opem plebi tue p̄ces in
tende ⁊ pio iuuamine maculas dilue. In via nos
adiuua colloca in patria. redde q̄ ſperamus bona.

¶ Incito ſignificat inſtigo vel commoueo. ab in ⁊ cito as ¶ De accipitur pro
pter. vt qua de re id eſt propter quam rem. His de cauſis id eſt propter has
cauſas ¶ Peto quandoq; ſignificat adeo. Virgilius Speluncamq; petit tē
Ita vt hic ponitur ¶ Compar dicitur equalis. aut ſocius. ⁊ corripit a in ob
liquis ſicut impar. ¶ Caula eſt ouile. dictum vel a cauea vel a greco aule.
Item ouicula fit ab ouis. ſicut auicula ab auis. nauicula a nauis ¶ Dedit pe
cuniam domini ad menſam id eſt vſurario ¶ Vſura dicitur quodlibet lucrū
ſiue licitum ſiue illicitum. Et fit ab vtor. nam vtendo lucramur ¶ Patria di
citur locus natalis. Patria noſtra celum eſt. quia illic pater noſter habitat
¶ Clerus eſt multitudo clericorum Clerici dicuntur qui diuino cultui ſunt
deputati. ¶ Cernuus dicitur inclinatus ⁊ ſupplex vel humilis. ¶ Diluo id
eſt purgo aut lauo. vnde vinum dilutum dicimus id eſt aqua mixtum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

De vna virgine

Virginis venerāde de numero ſapientum ſe
ſta celebremus ſocij. Filie matris ſummi re
gis ſacroſancte marie. Quam ſibi in ſororem dei
adoptauit filius. Hec corpus ſuum domuit freno
ieiunij. Et luxuriam ſecuit enſe agonie. Iſta cōtra
cunctos mortis dimicauit impetus Et hoſtem cru
entum freta chriſti dextra ſtrauerat Hec ſponſum
aula celi ſeſe inuiſentem alacris. Corde iocundo ſe
cuta eius eſt ingreſſa thalamum. Tute iam dulci
bus plena delicijs. Chriſto miſerias noſtras ſug
gerito. Nobis conſolationem precando

¶ Filie matris id eſt que virgo eſt filia ſacroſancte marie matris ſummi regꝫ
¶ Sacroſanctus id eſt ſacer et ſanctus. Sacer ad religionem pertinet. ſan-
ctus autem ad virtutem
¶ Adoptare eſt eligere
¶ Agonia eſt idē quod agon. i. certamen Etiā agonia eſt timor ⁊ ſollicitudo
¶ Fretus ſignificat confiſus. vt hoc feci fretus humanitate tua
¶ Tute ſignificat tuipſe. Etiam dicitur tutemet
¶ Suggerere eſt ſubminiſtrare tribuere vel admonere.

Dē domina noſtra

Ave maria gratia plena dominus tecum vir
go ſerena. Benedicta tu in mulieribus que
peperiſti pacem hominibus ⁊ angelis gloriaꝫ. Et
benedictus fructus ventris tui qui coheredes vt
eſſemus ſui nos fecit per gratiaꝫ. Per hoc aūt aue
mūdo tam ſuaue cōtra carnis iura Genuiſti pleꝫ
nouum ſtella ſolem noua genitura. Tu parui et
magni leonis et agni ſaluatoris chriſti templum
extitiſti ſed mater intacta. Tu roris et floris pa-
nis et paſtoris virginum regina roſa ſine ſpina
genitrix es facta. Tu ciuitas regis iuſticie tu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

mater es miſericordie de lacu fecis et miſerie theo
philum reformans gratie. Te collaudat celeſtis
curia que mater es regis ⁊ filia. per te reis donat’
venia p̄ te iuſtis cōfertur gratia. Ergo maris ſtel
la verbi dei cella ⁊ ſolis aurora. Paradyſi porta p̄
quam lux eſt orta natum tuum ora. Vt nos ſoluat
a peccatis et in regno claritatis quo lux lucet ſedu
la collocet per ſecula Amen

¶ Gratia eſt donum vel beneficium. precipue diuinum Etiam eſt amor vel
fauor ¶ Serenus id eſt clarus Serenare. facere ſerenum ⁊c. ¶ Fructus ven
tris eſt filius Nam quicquid in aliquo naſcitur fructus eius eſt Item fructus
accipitur pro vtilitate. vt hic labor habet parum fructus ¶ Genitura eſt idem
quod generatio vel ſemen animalis ¶ Theophilus erat procurator vel diſpē
ſator cuiuſdam epiſcopi in ſicilia probus ⁊ diligens Sed tandem ab epiſco-
po depoſitus ab officio. grauiter doluit. ⁊ conſulens quendam maleficū illius
hortatu chriſtianam fidem abnegans diabolo ſe ſeruum fecit vt illius auxi-
lio rediret in priſtinum ſtatum Tandem tamen admonitus a virgine maria
penituit. et illius ope rediit in gratiam cum deo.

¶ Maria eſt mater chriſti quo ad eius humanitatem. et eſt filia chriſti quo
ad eius deitatem. Nam deus eſt pater omnium ¶ Cella eſt quod vulgo dici
tur camera. nā camera ꝓprie eſt teſtudo domus ¶ Sedulus. i. continuus

VErbum bonum et ſuaue perſonemus illud
aue per quod chriſti fit conclaue virgo mater
filia. Per quod aue ſalutata mox concepit fecunda
ta virgo dauid ſtirpe nata inter ſpinas liliū. Aue
veri ſalomonis mater vellus gedeonis cuius ma
gi tribus donis laudant puerperium. Aue ſolem
genuiſti. aue prolem protuliſti mundo lapſo con
tuliſti vitam ⁊ imperium. Aue ſponſa verbi ſum
mi maris portus ſignum dumi aromatū virga
fumi angelorū domina. Supplicamus nos emē
da emendatos nos cōmenda tuo nato ad habēda
ſempiterna gaudia Amen

¶ Aue accipitur hic nominaliter. vt ſit idem quod ſalutatio. ⁊ hoc ſepius.
¶ Conclaue eſt cella concluſa. ⁊ producit mediam. ¶ Verus ſalomon chriſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

ſtus dicitur ob ſapientiam ſuam ¶ Gedeon fuit quidam dux filiorū iſrahel qui petens a deo ſignum. iuſſu dei per noctem reliquit vellus in aera. qđ mane fuit rore perfuſum. terra ſicca exiſtente. quod ſignificauit mariam ſpiritu ſancto fecundandam corpore intacto. ¶ Moyſes vidit dumū ardere et non exuri. quod ſignificauit mariam illeſa virginitate chriſtum parituram

¶ Finiuntur ſequentie de tempore ꝛ de ſanctis

¶ Sequuntur collocutiones duorum puerum de rebus puerilibus ad inuicem loquentium

¶ **Syriſcus** ¶ **Petrellus.**

Syriſcus Unde venis petrelle ¶ Peterken vvan comſtu
Petrellus E templo ſyriſce. vvt die kerke.
Sy. Quid illic feciſti. vvat hebſtu daer ghedaen
Pe. Turbinem circumegi. Jc heb den bat ghedreuen
Sy. Hoc facere in tēplo mime decet. Dat en beteemt niet datmē in die kerke doe
Pe. Jdipſum nunc vapulando didici. Dat heb ic nv oeck mit ſlage gheleert
Sy. Quo pacto. Hoe ghinc dat toe
Pe. Nam alter ex edituis me ludentem offendit ꝛ apprehenſum ita pugnis pulſauit vt vix ingredi queam. Die een vanden kercmeſters vant my ſpelē ende heeft my ſoe myt vuſten gheſlaghen dat ic nauvve ghaen en kan
Sy. Jd mihi memorari q̄ȝ monſtrari malim. Dat hoer ic lieuer ſeggen dan ict my laet vvyſen
Pe. Credo equidem. Dat geloue ic ſekerlic vvel.
Sy. Nihil mihi aliud noui aufers e tēplo. Brendy ons anders nyet nyvves vvt der kerken
Pe. Morio noſter heyno in ſacrario fecit oletum. Heyn onſe dvvaes heeft in die ſacriſtij ghedreten.
Sy. Jd naſus reſciſcat tuus. Dat moet v noeſe vveten.
Pe. Ludamus nunc iuglandibus in ſcrobem. Laet ons nv myt vvalnoetē. ſpelen in der kulen.
Sy. Ubi has iuglandes nactus eſt. vvaer hebſtu die noeten gecregben
Pe. Emi Jc heb ſe gecoeft
Sy. Quanti Hoe duyr.
Pe. Tribꝫ placcis aut paulo minoris. Om drie placken of een vvenich min
Sy. Habuiſti ne tantū pecunie Haddi ſoe veel gelts
Pe. Non verum oppigneraui pugillares meos Neen. mer ic heb myn ſcrijf tafel te pande gheſet
Sy. Utinam id ſciret pater tuus. Och of v vader dat vviſte
Pe. Cur id optas. vvaer om vvonſchi dat
Sy. Si reſciret ipſe redimeret. Vernam hy dat hy ſolde ſe verloſſen
Pe. Jd mihi male verteret. Dat ſolde my qualic bekomen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

Sy. Qui.dic ſodes. Secht vvoe ſoe
Pe. Nam pelle penas penderem. Jc ſolt mitten velle betalen
Sy. Quid tum. craſſipellis es floccifacis verbera. vvats dan. gy ſijt ſoe dick hudich ghy en paſt op gheen ſlaghe
Pe. Non magni curo ſed nunc pergamus ludere. Jck en maeck daer gheen groet verck van. mer laet ons voert ſpelen
Sy. Non libet. Ten luſt my niet.
Pe. Quid tum libet. vvat luſt v dan
Sy. Cruſtulum cum butiro. En brug of een ſtuck broets myt botter
Pe. Eſuris ſemper. Heb dy altijt honger
Sy. Nihil hodie ientaculi ſumpſi et parce meridiatus ſum. Jck en heb hu-den niet onbeten ende te middaghe vvenich geten
Pe. Non ergo mirum ſi cruſtum optas pro veſperna. Soe en iſt oec gheen vvonder dattu een ſtucff broets begheerts voer dijn veſper eten off voer dijn yſper
Sy. At ego in cena omnia compenſabo. Jck ſalt tauent al verhalen
Pe. Quid comedes. vvat ſalſtu eten.
Sy. Coluſtrum. nam duas vaccas foetas habemus. Jck ſal byſt eten. vvãt vvij hebben tvve koyen die ghecalct hebben.
Pe. Atat. campanam terciam ſonat horaꝫ alio properandũ eſt. Hans peert die clock ſlaet drie vvij moeten op een ander vvelt
Sy. Quo petrelle. vvaer hen peterken
Pe. Quo nuſq̃ magis inuitus Daer ick neergent noeder en gae
Sy. Ad ſcolam ne. vvaer ter ſcolen
Pe. Immo ad carcerem. Ja ten kerker.
Sy. Eho. quid ita. ſcholã carcerem vocas. vvat ny. hoe ſoe. heyt gy de ſchoel enen kerker te vveſen.
Pe. An non carcer tibi videtur qua nos magiſter velut in cauea clauſos cõ-ſeruat. Dunck v dat nyet een karker te ſyn daer ons die meeſter holt als in een holl.

Carmen Senece Aſclepiadeum de orpheo nitente vxorem ſuam ab inferis reuocare

Immites potuit flectere cantibus
Umbrarum dominos et prece ſupplici
Orpheus euridicem dum recipit ſuam
Que ſiluas ⁊ aues ſaxaq; traxerat
Ars que prebuerat fluminibus moras

Ad cuius ſonitum conſtiterant fere
Mulcet non ſonitis vocibus inferos
Et ſurdis reſonat clarius in locis
Deflent euridicem tradicie nurus
Deflent ⁊ lachrymis difficiles dee
Et qui fronte nimis crimina tetrica
Querunt ac veteres excutiunt reos
Flentes euridicem iuridice ſedent
Tandem mortis ait vincimur arbit᷑
Euade ad ſuperos lege tamen data
Tu poſt terga tui perge viri comes
Tu non ante tuam reſpice coniugem
Quam cum clara deos extulerit dies
Spartaniqꝫ aderit ianua tenari
Odit verus amor nec patitur moras
Munus dum properat cernere perdidit

¶ Finem hic accipiūt hymni ⁊ ſequentie cū accura
tiſſima vocabuloꝝ interp̄tatione Hermāni Torrē
tini. Initio huius libri etiā habetur pulcherrima
diſtinctio carminū qua lege carminis quiſqꝫ hym
noꝝ ſit ꝯpoſitus. Ipſoꝝ nāqꝫ hymnoꝝ alij dicūtur
ſaphici. alij gliconij. alij aſclepiadei ⁊c̄. Adiecte etiā
ſunt in fine hui⁹ libelli quedā pulchre collocutōes
duoꝝ pueroꝝ ornatiori ſtilo de rebus puerilib⁹ lo
quentiū Quibus ſubiectū eſt carmen aſclepiadeū
Senece nitente cōiugem ſuā ab inferis reuocare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 16 [1]

8

[redacted]

HENRICVS COLONIE EST POSSESSOR